

Del. 14



CAROLI A LINNÉ

SYSTEMA NATURÆ.

TOM. II. PARS I.

CAROLI A LINNÉ,

EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI,

Archiatri Regii, Med. & Botan. Profeff. Upfal. Acad. Parif. Upfal. Holm. Petropol. Berolin. Imper. Londin. Angl. Monfp. Tolof. Florent. Edinb. Bern. Soc.

SYSTEMA NATURÆ

PER REGNA TRIA NATURÆ,

Secundum Claffes, Ordines, Genera, Species; cum Characteribus, Differentiis.

TOMUS II.

EDITIO DECIMA TERTIA, AUCTA, REFORMATA.

CURA

JO. FRID. GMELIN,

Philof. & Med. Doctor. hujus & Chem. in Georgia Augusta Prof. P. O. Acad. Cæfar. Naturæ Curioforum & Electoral. Moguntin. Erfordenfis, nec non Societ. Reg. Scient. Goettingenfis, Phyficæ Tigurin. & Metallicæ Membri.

LUGDUNI,

Apud Bernuset, Delamolliere, Falque et Soc.

1796.

Opera JEHOVÆ *magna!*
Exposita omnibus, qui delectantur illis,
Gloriosum & decorum Opus Ejus.

DAVID.

FLOS est plantarum gaudium
Tunc se novas, aliasque, quam sunt, ostendunt,
Tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant.

PLIN. XVI. 25.

REGNUM

VEGETABILE.

1. NATURA creata, continuato semine, ope elementorum, modificat terras in *vegetabilia*, vegetabilia in *animalia*; utraque resolvit iterum in *terras* circulo perenni aucto.
2. VEGETABILE est vita multiplicata, coadunata absque sensatione.
3. TRIBUS vegetabilium tres vulgo numerantur.
   MONOCOTYLEDONES. Fruges 1, 2, 3.
   DICOTYLEDONES. Plantæ 4, 5.
   POLYCOTYLEDONES. Rhizophora.
   ACOTYLEDONES. Cryptogamæ 6, 7, 8, 9.
4. GENTES, e quibus incolæ confluxerunt, potissimum sunt.
   1. PALMÆ. PRINCIPES, Indici, Spathacei spadiciferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice invariato simplicissimo perennante, coronati coma frondosa sempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, inprimis eorum Principi cohabitanti.*
   2. GRAMINA. PLEBEJI, campestres, culmiferi, glumacei, rustici, vulgatissimi, simplicissimi, vivacissimi, constituentes vim roburque regni, & quo magis mulctati & calcati, magis multiplicativi. *Hi tributarii sunt, e vili penu, animalibus plurimis phytophagis, horumque Cerealia inprimis eorum Principi hospitanti.*
   3. LILIA. PATRITII, Lucares, Bulbosi triarii, superbientes vestimentis fulgentibus festivis. *Hi pascunt oculos condecorantque regnum venustate aulæorum splendidissimorum.*

4. HERBÆ. NOBILES, pratenſes, annotini, polymorphi. *Hi ornant regnum ſtructura admiranda, ſapore multifario, odore fragrante, colore florido.*

5. ARBORES. PROCERES, ſylvatici, e nobilium ordine perennantes caudice, ſtipati pediſſequis *ſervis*, ſuſtentantes inauſpicato clientes *paraſiticos. Hi attollunt capita, arcent ventos, corrigunt aërem, inumbrant æſtuantes, humectant inconſpicuo imbre, alliciunt vocales, perficiunt fructus, tanquam totidem naturæ horti.*

MILITES armati ſpinis aculeiſve, e plantis utriſque adſtrictivi. *Hi arcent Mammalium hoſtium injurias.*

6. FILICES. NOVACCOLÆ, latebroſi, ſtipitati, dorſiferi, macri. *Hi præparant poſteris terram.*

7. MUSCI. SERVI, hyemales, imbricati, calyptrati, reviviſcentes, impaſti, loca omnia a prioribus relicta occupant numeroſiſſimi. *Hi radices incolarum fovent, ne adurantur a bruma hyberna, ne exſiccentur a ſtrio æſtivo, ne evellantur a viciſſitudine vernali, ne corrumpantur a putredine auctumnali, colligunt etiam pro dominorum peculio humum dædaleam.*

8. ALGÆ. VERNACULI, aquigeni, ſqualentes, redivivi, abſtemii, nudiuſculi. *Hi inchoant culturam primam vegetationis.*

9. FUNGI. NOMADES, auctumnales, barbari, denudati, putidi, furaces, voraces. *Hi Flora reducente plantas hyematum, legunt relictas earum quiſquilias ſordeſque.*

5. TEXTURA vegetabilium e *vaſis* ſuccoſis.
tracheis aëreis.
utriculis ſecretoriis.

6. SUBSTANTIÆ vegetabilium ex *epidermide*, externe abducente *corticem*, deponentem interiori latere *librum*, ſecedentem in *lignum* annotinum rigidum, obducentes *medullam.*

7. PARTES vegetabilium primariæ tres ſunt:
RADIX deſcendens, aquoſa ſorbens, *nutriens.*
HERBA adſcendens, aërea ſpirans, *movens.*
FRUCTIFICATIO pandens, ætherea halans, generans.

8. RADIX terrenis humentibus inſerta exſerit *radiculas* capillares, ſæpe ſuperne concurrentes in ſolidum *caudicem deſcendentem* ſub terra, aut etiam *adſcendentem* ſupra terram.

9. HERBA annua, aëreis commiſſa, conſtat *hybernaculo*, *trunco*, *folio*, *fulcro.*
HYBERNACULUM compendium herbæ totius ſquamoſum.
BULBUS e baſibus foliorum præteritorum.
GEMMA e rudimentis foliorum futurorum.

10. TRUNCUS (cum RAMIS) attollens herbam fructificationemque, vel CAULIS *herbæ* folioſus.

CULMUS *graminis*, sæpius geniculatus, articulis inanibus.
SCAPUS *radicis* aphyllus floriferus.
PEDUNCULUS ramus *caulis* floriferus.
PETIOLUS ramus foliiferus, folio proprius.
STIPES a folio non distinctus, *palmis*, *filicibus*, item truncus *fungi*.

11. FOLIUM expandens per aëra superficiem, volatile, sæpe petiolatum.
FOLIOLUM partiale est folii *compositi*.
FRONS folium e stipite factum, in *palmis* & *filicibus*.

12. FULCRUM administrans pro vitæ necessitate.
STIPULA foliorum, ad eorum basin, foliacea.
BRACTEA florum, ad florum pedunculorumve basin, foliacea.
PUBES vestiens villositate.
GLANDULA secernens liquorem.
SPINA terminans *cornu* lignoso.
ACULEUS sparsus, *ungue* cortici tantum inserto.
CIRRHUS scandens filo.

13. FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturæ spontanea dehiscens metamorphosi, ut substantia *interna* pateat, flore & fructu.
FLOS fit e *calice*, *corolla*, *staminibus*, *pistillis*.
FRUCTUS e *pericarpio* prægnante *seminibus*, affixis *receptaculo*.

14. CALIX. Tegmentum exterius floris e *cortice*, cujus species 7.
VOLVA *fungi* lacera.
CALYPTRA *musci* cucullata.
SPATHA *palmæ* vaginata.
GLUMA *graminis*, *sæpius bivalvis*.
PERIANTHIUM *plantæ*, corollæ approximatum.
INVOLUCRUM *plantæ* a flore remotum sæpius umbellæ.
INVOLUCELLUM, partiale involucrum.
AMENTUM *gemmaceum* imbricatum, commune.

15. COROLLA. Tegmentum interius floris.
PETALUM membranaceum : *limbo* aut *laminis*
tubo aut *unguibus*.
NECTARIUM proprium, mel sæpe promens.

16. STAMEN. Viscus exterius. *Genitale masculum*.
FILAMENTUM sustinens *antheram*.
ANTHERA fœta granulato *polline*, at hoc *fovilla*.

17. PISTILLUM. Viscus interius. *Genitale femineum*.
GERMEN fructus rudimentum inferius.
STILUS a germine elevans *stigma*, intermedius.
STIGMA roridum, pubescens, supremum.

18. PERICARPIUM *Germen* defloratum seminiferum.
CAPSULA sicca membranacea, coriacea aut lignosa, frequentius *valvis* dehiscens vario in variis, quam evalvis.

NUX, dura, non dehiſcens, certe nunquam in valvas duabus plures ſecedens.
COCCUS ex conceptaculis ſiccis, elaſticis duobus aut pluribus conſtans.
SILIQUA membranacea ſicca, utplurimum *bivalvis*, ſutura utraque ſeminifera.
LEGUMEN membranaceum, aut coriaceum *bivalve*, ſutura altera ſeminifera.
FOLLICULUS membranaceus, *univalvis*, latere dehiſcens, a ſeminibus diſtinctus, capſulæ ſpecies.
BACCA molliuſcula pulpoſa, *ſeminibus* diſtinctis pluribus, in valvas regulares non dehiſcens.
DRUPA pulpoſa ex cortice vario nunquam dehiſcente, & putamine unico arcte cum ſuo cortice cohærente compaginata.
POMUM pulpoſum, *capſula* includente ſemina, baccæ ſpecies.
STROBILUS imbricatus *amenti* coarctati.

19. SEMEN. Ovum nova planta prægnans, deciduum, tunicatum.
UMBILICUS tam internus, quam externus.
HILUM cicatrix umbilicalis.
ALBUMEN ex condenſato in maturo ſemine amnii liquore natus.
VITELLUS inter albumen & embryonem medius.
COTYLEDONES bibulæ placentam uterinam conſtituentes.
CORCULUM, ſive EMBRYO, novæ plantæ compendium, connectens cotyledones: ſive *radicula*.
e *roſtello* acuminata, deorſum germinante.
e *plumula* imbricata, ſurſum excreſcente.
PAPPUS interdum coronat ſemen.
ARILLUS interdum includit partialiter ſemen.

20. RECEPTACULUM: *baſis* partes fructificationis connectens.
PROPRIUM unius floris.
COMMUNE pluribus *floſculis* ſeſſilibus.
UMBELLA inter calicem & florem, elongatum in pedunculos æquatos.
UMBELLULA partialis umbella.
CYMA umbella compoſita ramulis alternis.
SPADIX intra ſpatham, præprimis palmæ.
RACHIS ſpicæ graminis, cui flores inſculpti.

21. MACHINÆ vegetabilis ſubſtantia conſtat duplici contraria.
CORTICALIS externa, includens, nutritiva, deſcendens, terrenis adhærens, ſtudioſe medullam incarcerans, duriuſcula, apice tenerrimo aureſcens.
MEDULLA interna, incluſa, vivificans, baſi deliqueſcens, apice adſcendens, multiplicatione diviſibilitate terminoque infinita, in creatione accenſa, a primordio occulte feſtinat, lenteque verſus minimam reſiſtentiam ad ſummum ſuum

exitum; quovero corporeum coarctans debilius, eo claustra citius reserat metamorphosin subitura, quæque evasura sese cum corpore copulat, ut in novas dispergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit dispersis seminibus, per *hilum* absorbentibus aquam, unde rumpuntur membranæ a bibulis tumentibus *cotyledonibus*, lactantibus *corculum*, usque dum fœtus *rostellum* radiculas exserat; quo erigatur *plumula* accrescens in *herbam* anni, terminatam *gemma* supra decomposita.

23. VEGETATIO fit *radiculis* sugentibus tincturam aquosam humi, quæ calore quotidie addito, lente pellitur per corticis externi vasa, unde nutritio exterioris interiorisque plantæ, exhalante superfluo, *cortices* deponente ab interiore pariete *librum*, quotannis secedentem in substantiam *ligneam* (ex annulis annotinis interstinctis *alburno* demum ab emarcidis inferioribus ramis subossefacto) sustentaturam caudicem adscendentem, intra cujus apices *medulla* viva properat.

MEDULLAM concipio fasciculum e fibris nervorum æmulis isoscelen formantibus, in qua vis viralis pellens rumpit extimas, hinc divergentes, penetrantes corticem etiamnum subgelatinosum, ubi hi nervi medullares apice similiter multiplicantur in gemmam. A diffuto per has fibras, vase adscendente, impeditoque subtus adscensu humoris propulsi, extenditur corticale in *folium*.

FOLIUM hoc, quod exerceatur volatu ventorum, attrahit præparatque (exceptis parasiticorum antea præparatos) humores, pagina superiore ex aëre & luce, quicquid sit, principium inspirat, pagina inferiore roridum aëremque œconomiæ vegetabili superfluum perspirat, a casu nuuquam renasciturum.

DECLARATUR autem larva herbæ, ubi medullæ propulsio major, quam includentis corticis retentio, quo aperiri videtur substantia *corticis* in calicem, *libri* in corollam, *ligni* in stamina, *medullæ* in pistilla, *a*) terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima medullæ semina.

24. PROLEPSIS sistit metamorphoseos plantarum mysterium, quo herbæ *larva* mutatur in *declaratam* fructificationem; plantæ enim est producere vel *herbam* foliosam, vel etiam *fructificationem*.

FOLIUM genuinum semper in sinu fovet rami multiplicantis principium, sive actu, sive potentia tale; cumque folium sit natum ob hujus caussam, nec vicissim, nequit existere folium, nisi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum est, licet effectus ante suam causam manifestus.

a) Repugnare huic sententiæ videntur seriora quædam experimenta.

GEMMA genuina (five ſtrictiori ſenſu ſic dicta) eſt *rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur; conſtat ſemper *ſquamis*, totidem ſoliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis; cumque folia ſine gemma exiſtere nequeant, neceſſe eſt, ut gemmæ lateant in ſinu cujuſque ſquamæ gemmaceæ, confirmante autopſia, adeoque nequit omnis gemma aliud eſſe, quam corpus e foliis & gemmulis compoſitum: Omnis igitur gemma conſtat foliis cum ſuis gemmulis, & hæ *gemmulæ* ſimiliter ex minoribus ſquamis & gemmulis, & ſic porro in quintam uſque progeniem (ut in volvoce), nec ultra, confirmante metamorphoſi: Ergo ramus folioſus præſentis anni fœtus ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, ſuccedentibus ad extremos apices ſemper novis, in deſoliatorum, ad baſin, locum, ut numerus quinarius perennet. Hoc fit in *arboribus*, ubi medullam moratur durior ſubſtantia lignea; in *plantis* annuis autem, ubi minor reſiſtentia corticalis laxioris verſus medullam, valet hæc brevius, ſine mora gemmacea, exire in flores; quodcunque enim valet propulſionem medullæ augere, & incluſivam vim corticalis ſubſtantiæ debilitare, id promovebit floreſcentiam.

FLOREM dum producat arbor, natura anticipabit quinque annorum progenies, ſimul tum prodituras. formando e foliis gemmaceis futuri anni *bracteas*, ſequentis *calicem*, inſequentis corollam, conſequentis ſtamina, ſubſequentis *piſtillum*, refertum medulla granulata *ſeminum*, termino vitæ vegetantis.

25. FLORESCENTIA ſiſtit plantarum *ſponſalia* in flore *a)* & *nuptias* in antheſi.

FLOS, exuta herbæ larva, prodit planta declarata, interna, nuda & perfecta inſtar *inſecti* alligati volitantis, *coleoptrati* calice, *alati* corolla, conſtantis foliis *viſceribus* genitalibus, *maſculis* ſtaminibus ex antheris *teſticularibus*, repletis polline *genitali*, continente *fovillam* vivificantem, & *femineis* piſtillis ex germinis *ovario* terminato ſtigmate *vulvifero*, tecto *pube* tubuloſa, reſudante *lympham* genitalem.

ANTHESIS peragitur, dum antheræ ruptæ ſpargunt ſuum *pollen* veſiculare ſupra *ſtigma*, quo efflat hoc incluſam *fovillam* maſculam, abſorbendam a *lympha genitali* feminea reſudante, ut corporeum maſculum addito femineo medullari conficiat *ovum*, in juſtam maturitatem fovendum intra ovarium.

26. PRINCIPIUM fructificationis, fundamentum botanices, altius repetendum.

---

a) Sponſalia plantarum. Amœn. acad. I. n. 12.

PROBLEMA : Supponas D. O. O. in primordio a ſimplici progreſſum ad compoſita, a paucis ad plura! adeoque a primo vegetabili principio tot tantum creaſſe plantas diverſas, quot *ordines naturales*. Has ordinum plantas IPSUM dein ita inter ſe generando miſcuiſſe, ut totidem exorirentur plantæ, quot hodie exiſtunt *genera* : Naturam dein genericas has plantas per generationes ambigenas, (quæ ſtructuram floris non mutant) inter ſe miſcuiſſe, & multiplicaſſe in *ſpecies* exiſtentes, quotquot poſſibiles, excluſis tamen e numero ſpecierum ab ejuſmodi generatione productis plantis *hybridis*, utpote ſterilibus.

GENUS itaque omne eſt naturale, confirmante natura, ſaltum non faciente.

CHARACTER ergo non conſtituat unquam genus, ſed ſedulo ſecundum genus naturæ conficiendus eſt.

PLANTÆ congeneres ſunt quoad genus dignoſcendæ e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat fructificationem, ſed diſtinguendæ in ſpecie ſecundum herbam a ſociis ſororibus, diverſo patre productis.

DIAGNOSIS ſic plantæ conſiſtit in affinitate *generis* & in diſcrimine *ſpeciei*.

NOMEN plantæ itaque, ut utramque diagnoſin indigitet, duplex erit : *Genericum* cognomen gentilitium.
Specificum prænomen triviale.
ſub hoc vero *Synonyma* vaga auctorum.

BOTANICUS, ſequendo *claſſificationes* per *characteres* plantæ declaratæ ducitur ad *genus* nominatum, per *differentias* larvæ ad *ſpeciei* appellationem, inde ad hujus *ſynonyma* ; ex his ad *auctores*, exinde ad *omnia*, quæ de objecto quæſtionis, ſeculi beneficio, ad nos pervenere. Sic dicat ipſa planta ſuum nomen, ſuamque hiſtoriam in tanta multitudine ſpecierum, imo individuorum ; hoc finis botanices primus, ſeculi noſtri inventum, in quo perficiendo deſudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICUS *verus* deſudabit in augendo amabilem ſcientiam.

DESCRIPTIONES fundamentales conficiat verbis characteriſticis, plantarum imprimis obſcuriorum rariorum novarumque, ad normam delineationis plantæ, quales *Filius*, & *Schreberus in Decuriis*, *Thumberg*, *l'Heritier*, *Murray*.

FIGURAS, ſi poterit, addat, quæ repræſentant plantam perfectam, quales dedere *Vaillant*, *Dillenius*, *Ehret*, *Jacquin*, *Trew*, *Schmiedel*, *Hedwig*, *Gieſecke*, cum *Schulze*, *Abendroth* & *Baeck*.

DIFFERENTIAS ſpecificas eruat compendioſas & maxime proprias

SYNONYMA auctorum conquirat, inprimis selectiora, uti *Hallerus.*

GENUS naturale semper speciei præfigat &, ubi novum, *charactere* naturali definiat ex omnium partium fructificationis situ, figura, numero, proportione.

SPECIES novas vagasque ad certa genera referat, uti *Tournefort*, *Plumier*, *Browne*, *Jacquin.*

ORDINEM naturalem, ubi patet, indigitet.

STATIONES cujusvis plantæ notet, ideoque plures *Floras*, ubi licet, producat, inprimis *australes* & *exoticas.*

PROPRIETATES observet, qualis *duratio*, *seminatio*, *gemmatio*, *vernatio*, *æstivatio*, *nuptiæ*, *frondescentia*, *calendarium*, *horologium*, *summas qualitates.*,

USUS addat, quales usus *Naturæ* (Panis Pandoraque) *medicus*, *æconomicus* &c. & quæcunque in his cedant inprimis in gloriam auctoris & in commoda generis humani, ut posteri demum obambulent in serena luce.

DAMNA enarret, quæ inde in alias plantas utiles, in varia animalia, in hominem ipsum redundant.

BOTANOPHILI Fallaces, Ephebi, Hisquitallientes:
Leges artis proclamant, antequam naturales didicerint.
Absonos extollunt, præstantiores rodunt zelo stomachoso.
Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.
Grano eruditionis reperto stentorei ebuccinant.
Methodum naturalem sibi notam crepant,
Genera arbitraria esse asseverant.

Dedisti mihi, DOMINE, *artem*,
meam mercedem,
& in illa laudabo nomen TUUM.

DAVID.

DELINEATIO PLANTÆ.

I. THEORIA.

GENUS. Nomen *ſelectiſſimum.*
Character naturalis, eſſentialis, artificialis.
Claſſis Ordoque *ſyſtematis præſtantiſſimi.*
Ordo naturalis *demonſtrandus.*

SPECIES. Nomen triviale.
Differentia ſpecifica *demonſtranda*, *certiſſima*, *breviſſima.*
Synonyma *ex* deſcriptione ſ. figura *ſelecta*, vernacula.

CRITICA. Etymologia nominis *generici*, *ſpecifici.*
Inventor *cum* tempore.
Eruditio hiſtorica, critica, antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX. *duratione* annua, biennis, perennis.
figura a. fibroſa, ramoſa, fuſiformis, præmorſa.
b. repens, articulata, dentata.
c. globoſa, tuberoſa, faſcicularis, palmata.
d. bulboſa: (granulata,) tunicata, ſolida, ſquamoſa.

TRUNCUS. *ſpecie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.
duratione herbaceus, ſuffruticoſus, fruticoſus, arboreus.
ſolidus, inanis, fiſtuloſus.
menſura a. (proportio) *ad folia reliquaſque partes.*
b. craſſities ex *ſimili notiſſimo.*
directione a. erectus, ſtrictus, rigidus, ſcandens, volubilis, repens.
laxus, obliquus, adſcendens.
declinatus, incurvatus, nutans.
diffuſus, procumbens, ſtoloniferus.
b. ſarmentoſus, radicans, repens.
c. geniculatus, flexuoſus, ſcandens.
volubilis: *ſiniſtrorſum*, *dextrorſum.*
figura a. teres, ſemiteres, compreſſus, fiſtuloſus, anceps, 3–10 angulatus.
acutangulus, obtuſangulus.
b. 3–6 gonus, 3–5 quater.
veſtitu. nudus, aphyllus, ſoliatus.
vaginatus, ſquamoſus, imbricatus.
ſuperficie. a. ſuberoſus, rimoſus, tunicatus.
b. lævis, ſtriatus, ſulcatus, canaliculatus.
c. glaber, ſcaber, muricatus.

tomentosus, villosus, hispidus.
aculeatus, spinosus, urens.
d. stipulatus, membranatus, bulbiferus.
compositione a. anodis, simplicissimus, simplex, integer.
b. articulatus, prolifer, dichotomus, brachiatus.
c. subramosus, ramosus, ramosissimus.
d. virgatus, paniculatus, fastigiatus.
e. patens, divaricatus.
RAMIS a. structura caulis, frondis.
b. alternis, distichis, sparsis.
confertis, oppositis, verticilliatis.
c. erectis, coarctatis, divergentibus.
divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis.
d. altitudine caulis; longis, brevibus, patentibus.

FOLIA

determinatione *loco* radicalia, caulina, ramea.
axillaria, floralia.
numero unicum, duo, tria, pauca, plurima.
situ a. alterna, disticha, bifaria.
sparsa, conferta, imbricata.
fasciculata, bina, terna, quaterna, quina.
confluentia, approximata, remota.
b. opposita, decussata, stellata.
directione a. erecta, stricta, rigida, adspersa.
patentia, patentissima, assurgentia, inflexa, reclinata, recurvata, revoluta, dependentia.
b. obliqua, adversa, verticalia resupinata.
c. submersa, natantia, radicantia.
insertione a. petiolata, peltata.
b. sessilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.
structura *figura* a. subrotunda, orbiculata, ovata, ovalia.
b. oblonga, parabolica, cuneiformia, spatulata.
c. rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, acerosa.
angulis integra, 3-5 angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.
sinubus a. cordata, reniformia, lunata.
sagittata, hastata, panduriformia, runcinata.
b. fissa, 2-7 loba, 2-7 fida, 3-7 partitta.

Ob loco *obverse*, e. gr. obcordata, obovata, &c.
Sub loco *fere* e. gr. subcordata, subovata, &c.
Coadunantur saepe figurae ejusdem divisionis, non vero diversae.
bene lanceolato-ovata, ovato-lanceolata, &c.
male lanceolato-acuta, ovato-mucronata.

palmata, lyrata, pinnatifida, ſinuata.
laciniata, ſquamoſa.
margine a. integerrima, crenata, ſerrata, ciliata.
dentata, ſpinoſa, cartilaginea.
b. repanda, lacera, eroſa, dædalea.
apice a. obtuſa, emarginata, præmorſa, truncata.
acuta, acuminata, cuſpidata, mucronata, cirrhoſa.
ſuperficie a. pagina: ſuperiore, inferiore.
nuda, glabra; nitida, lucida, colorata.
b. nervoſa: trinervia, trinervata, triplinervia;
enervia, lineata, ſtriata, ſulcata.
c. venoſa, rugoſa, bullata, lacunoſa, avenia.
d. punctata, papilloſa, papuloſa, viſcida.
e. villoſa, tomentoſa, ſericea, lanata, barbata.
piloſa, ſcabra, hiſpida, aculeata, ſtrigoſa.
expanſione plana, canaliculata, concava, convexa, cucullata,
plicata, undata, criſpa.
ſubſtantia a. membranacea, ſcarioſa, gibba,
teretia, depreſſa, compreſſa, carinata.
b. compacta, tubuloſa, pulpoſa, carnoſa.
c. triquetra, ancipitia, lingulata, enſiformia.
ſubulata, acinaciformia, dolabriformia.
menſura breviſſima, longiſſima, *ratione caulis articulorumve.*
duratione decidua, caduca, perſiſtentia,
perennia, ſempervirentia.
compoſitione *Compoſita* articulata, conjugata.
digitata: binata, ternata, quinata.
pedata.
pinnata: bijuga, trijuga, quadrijuga, cum
impari, abrupta, cirrhoſa.
foliolis oppoſitis, alternis, interruptis,
decurſivis.
Decompoſita bigemina, biternata, bipinnata.
Supradecompoſita tergemina, triternata, tripinnata.

FULCRA. Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus,
Bractea.

PETIOLUS *figura* linearis, alatus, clavatus.
membranaceus, teres, ſemiteres, triqueter,
canaliculatus.
magnitudine breviſſimus, brevis, mediocris,
longus, longiſſimus.
inſertione inſertus, adnatus, decurrens.
amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.
directione erectus, patens, aſſurgens, recurvatus.

ſuperficie glaber, aculeatus, nudus, articulatus, ſpineſcens.

STIPULÆ
a. geminæ, ſolitariæ, nullæ.
b. laterales, extrafoliaceæ, intrafoliaceæ, oppoſitifoliæ.
c. caducæ, deciduæ, perſiſtentes, ſpineſcentes.
d. ſeſſiles, adnatæ, decurrentes, vaginantes.
e. ſubulatæ, lanceolatæ, ſagittatæ, lunatæ.
f. erectæ, patentes, reflexæ.
g. integerrimæ, ſerratæ, ciliatæ, dentatæ, fiſſæ.
h. breviſſimæ, mediocres, longæ.

CIRRHUS
a. axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis.
b. ſimplex, trifidus, multifidus.
c. convolutus, revolutus.

PUBES
a. pili, lana, barba, tomentum, ſtrigæ.
b. ſetæ: ſimplices, hamoſæ, ramoſæ, plumoſæ, ſtellatæ.
c. hami, glochides.
d. Glandulæ, Utriculi.
foliaceæ, petiolares, pedunculares, ſtipulares.
e. viſcoſitas, glutinoſitas.

ARMA
a. *Aculei*: recti, incurvi, recurvi.
b. *Furcæ* bifidæ, trifidæ.
c. *Spinæ* terminales, axillares, calicinæ, foliares; ſimplices, diviſæ.
d. *Stimuli* pungentes, urentes.

BRACTEÆ
a. coloratæ, caducæ, deciduæ, perſiſtentes
b. una, duæ, plures.
c. *Coma.*
d. Foliorum *cætera addenda.*

PEDUNCULUS. partialis (a-e) communis; Pedicellus.
a. *loco* radicalis, caulinus, rameus.
petiolaris, cirrhiferus.
terminalis, axillaris.
oppoſitifolius, lateriflorus, interfoliaceus, ſuprafoliaceus, extrafoliaceus.
b. *ſitu* alternus, ſparſus, oppoſitus, verticillatus.
c. *numero* ſolitarius, geminatus, umbellula: *ſeſſilis.*

Terminorum definitiones dedi in amœnit. acad. 6. p. 217, figuras *autem in horto Cliffortiano & philoſophia botanica* ego, Loe *in* introduction, Miller in *Dictionario*, Sauvages *in methodo*, Oeder, Lipp, Reuſſ, Erxleben *aliique dederunt.*

d. *directione* adſperſus, erectus, patens, cernuus, reſupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, adſcendens.
pendulus, ſtrictus, flexuoſus, retrofractus.
e. *menſura* brevis, breviſſimus, longus, longiſſimus.
f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus, triflorus, &c. multiflorus.
g. *ſtructura* teres, triqueter, tetragonus.
filiformis, attenuatus, clavatus, incraſſatus, nudus, ſquamoſus, foliatus, bracteatus, geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA graduali modificatione ſcandit

Spadix.	Cyma.	Umbella	Umbellula.	Aggregata.
Compoſita.	Spica.	Amentum.	Strobilus.	Corymbus.
Racemus.	Panicula.	Thyrſus.	Faſciculus.	Capitulum.
Verticillus.	Lateriflor.	&c.		

Flores terminales, laterales, ſparſi, conferti, aggregati.
ſeſſiles, pedunculati.
unicus, ſolitarius, terni &c. copioſi.
erecti, cernui, nutantes, reſupinati, ſecundi, verticales, horizontales.
ſuperaxillares, oppoſitifolii, lateriflori, interfoliacei.

a. VERTICILLUS a. ſeſſilis, pedunculatus.
b. nudus, involucratus, bracteatus.
c. confertus, diſtans.

b. CAPITULUM a. ſubrotundum, globoſum, dimidiatum
b. folioſum, nudum.

c. SPICA a. ſimplex, diſticha, compoſita, ſpiculis, glomerata.
b. ovata, ventricoſa, cylindrica, interrupta.
c. imbricata, articulata, ramoſa, ſecunda, linearis, ciliata, foliacea, comoſa.

d. CORYMBUS ſimplex, compoſitus.

e. THYRSUS nudus, foliatus.

f. FASCICULUS

g. RACEMUS a. ſimplex, compoſitus.
b. unilateralis. ſecundus, pedatus, conjugatus;
c. erectus, laxus, dependens.

d. nudus, foliatus.
h. PANICULA trunci ſtructura.

FRUCTIFICATIO *ex numero, figura, proportione, ſitu partium.*
Simplex. Compoſita ex floſculis.

CALIX *Perianthium* fructificationis, floris, fructus.
Perſiſtens, deciduum, caducum.
Proprium a. monophyllum, polyphyllum.
b. 2-5 fidum, 2-5 partitum, integrum.
c. tubuloſum, patens, reflexum, inflatum.
d. abbreviatum, longum, mediocre.
e. obtuſum, acutum, ſpinoſum, aculeatum.
f. æquale, inæquale, labiatum.
Commune imbricatum, ſquarroſum, caliculatum, ſcarioſum.
Involucrum a. univerſale, partiale, proprium.
b. mono-polyphyllum.
Gluma a. uniflora, 2-multiflora.
b. univalvis, bivalvis, multivalvis.
c. colorata, glabra, hiſpida.
Ariſta a. mutica, terminalis, dorſalis.
b. recta, tortilis, geniculata, recurvata.
Amentum ſquamoſum nudum.
Spatha univalvis, bivalvis, dimidiata, imbricata, 1-6 flora.
Calyptra recta, obliqua.
Volva approximata, ramoſiſſima: Pileus, Stipes.

COROLLA *petali* a. Tubus ſ. Ungues; Limbus ſ. Laminæ.
b. monopetala, 2-6-polypetala, 5 fida, 5 partita.
c. regularis, irregularis, inæqualis, difformis.
d. globoſa, campanulata, infundibuliformis.
hypocrateriformis, rotata, liliacea.
ringens, perſonata: labio ſuperiore & inferiore; rictu; palato, fauce, collo.
cruciata, concava, patens.
papilionacea: vexillo, alis, carina.
e. compoſita: ligulata, tubuloſa, radiata. Diſcus, radius.
f. color.
Nectarium proprium, petalinum, calicinum.

STAMINA *Filamenta* numero, figura, inſertione, proportione æqualia, inæqualia; connata, alterna.
Antheræ diſtinctæ, connatæ, laterales, incumbentes, erectæ.

didy-

Didymæ, globoſæ, ſubulatæ, ſagittatæ, bicornes, ariſtatæ, ſpitales.
loculi, apertura.

Pollen figura.

PISTILLUM *Germen* ſuperum, inferum, pedicellatum.
Stilus numero, proportione, diviſione, figura, capillaris, filiformis, cylindricus, ſubulatus, clavatus
erectus, declinatus, aſcendens.
Stigma numero, figura diviſum, perforatum, capitatum.

PERICARDIUM *Capſula* figura, valvulæ, loculamenta, diſſepimenta, columella.
dehiſcentia, 5 dentata, 5 valvis, articulata, circumſciſſa, elaſtica.
bicapſularis &c. biloccularis &c.
didyma, tricoſſa &c. inflata.
Siliqua figura compreſſa, toruloſa, articulata.
Diſſepimentum parallelum, tranſverſum.
Legumen figura, articulata, 1-2 locularis, iſthmis.
Folliculus univalvis figura.
Drupa ſucculenta, ſicca.
Pomum figura loculamentum.
Bacca monoſperma &c. nidulantia ſemina.
Strobilus figura totius, ſquamarum.

SEMEN numero, figura, loculis, ſuperficie, conſiſtentia.
Hilum *Corcullum.*
Corona *Pappus* ſtipitatus ſ. ſeſſilis, capillaris, plumoſus.
Cauda, hamus, caliculus, ala, ariſta.
Nux unilocularis, bilocularis &c.
Arilus cartilagineus, ſucculentus.

RECEPTACULUM fructificationis, floris, fructus.
Commune a. nudum, punctatum, piloſum, paleaceum, alveolatum.
b. planum, convexum ſubulatum, ovatum, globoſum.
Compoſitus flos ex *floſculis.*
Aggregatus flos.
Umbella a. ſimplex, compoſita ex *univerſali partialique*, *prolifera.*
b. concava, faſtigiata, convexa.

c. erecta, nutans.
Cyma nuda, bracteata.
Spadix a. uniflorus, multiflorus.
b. simplex, ramosus.
e. rachis spicæ.

III. HABITUS.

GEMMATIO Bulbus solidus, tunicatus, squamatus, caulinus.
Gemma *origine* petiolaris, stipularis, corticalis.
contento foliaris, floralis, communis.
VERNATIO conduplicata, convoluta, involuta, revoluta.
imbricata, equitans, obvoluta, plicata, circinalis.
ÆSTIVATIO convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inæquivalvis.
TORTIO a. conformis, difformis.
b. dextra, sinistra, reciproca.
c. resupinata, circinalis.
VARIATIO coloris, magnitudinis, pubescentiæ, ætatis.
Externa plicata, fasciata.
latifolia, tenuifolia, crispa.
mutica.
Interna a. mutilata, grandiflora.
b. multiplicata, plana, prolifera, cristata.
c. vivipara, bulbigera.
SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.
Generationis *Mysteria*.
SEMINATIO *Seminis* cauda, ala, pappus, arista.
hamuli, gluten, curvatio.
Pericarpii baccatio, inflatio, viscositas, elasticitas, *Structura*.
PLACENTATIO. Dicotyledonis, Acolytedonis, Polycolyledonis.

IV. STATIO.

CLIMA boreale, mediterraneum, alpinum, marinum.
orientale, australe, occidentale, indicum.
SOLUM lacustre, littorale, maritimum, salsum.
palustre, inundatum, uliginosum, cæspitosum,
nemorosum, silvaticum, arvense,
pratense, campestre, montanum,
ruderale, cultum.
TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena.
Parasitica, arrhiza: Radicis, Trunci, Caulis, Folii.

V. TEMPUS.

GERMINATIO dierum, mensium, annuum, bienne,

FRONDESCENTIA *Vernatio* præcox, æqualis, ſerotina.
Autumnatio præcox, lenta, cunctanea.
CALENDARIUM 1. germinationis, frondeſcentiæ, floreſcentiæ;
2. groſſificationis, maturationis, meſſis.
3. exfoliationis, defoliationis, congelationis.
4. brumalis, glacialis, regelationis.
HOROLOGIUM a. *Vigiliæ* meteoricæ, tropicæ, æquinoctiales.
b. apertionis, recluſionis.
SOMNUS. connivens, includens, circumcepiens, muniens, conduplicans, involvens, divergens, dependens, invertens, imbricans.
DURATIO *Plantæ* caducæ, ſenſiles, perpetuæ.
Flores ephemeri, tridui, menſtrui
Fructus præcoces, ſerotini, annui.

VI. QUALITATES.

ODOR	ambroſiacus,	fragrans,	ſpirans,	aromaticus,	orgaſticus;
	hircoſus,	nidoroſus, teter,		nauſeoſus,	viroſus.
SAPOR	aquoſus,	acidus,	pinguis,	dulcis,	mucoſus.
	ſiccus,	amarus,	ſtipticus,	acris,	ſalſus.
COLOR	hyalinus,	ruber,	purpureus,	albus,	triſtis.
	niger,	luteus,	viridis,	cinereus,	teſtaceus.
TACTUS	humidus,	tomentoſus,	ſuccoſus,	carnoſus,	viſcidus.
	aridus,	lucidus,	ſcarioſus,	membranaceus,	ſcaber.
MENSURA	linearis,	pollicaris,	ſpithamæa,	pedalis,	cubitalis.
	unguicularis,	palmaris,	dodrantalis,	orgyalis.	

VII. USUS.

NATURALIS *Œconomia* naturæ ejusque politia.
Pan *mammalium phytiphagorum domeſticorum.*
Pandora *inſectorum.*
ARTIFICIALIS *Culinaris* Radices, Olera, Fructus.
Officinalis a. ſimplicia, præparata.
b. pretium, locus.
medicus Vires, uſus.
œconomicus inſtrumentalis.
paſtoralis.
tinctorius.
culturæ Cerealia.
Macellum.
Officinalis.
Arboretum, Frutetum.
Pomona.
Paſcua.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIÆ PLANTARUM.
Actus generationis incolarum regni vegetabilis.
Florescentia.

PUBLICÆ.
Nuptiæ, omnibus manifestæ, aperte celebrantur
Flores unicuique visibiles.

DIFFINITAS.
Mariti inter se non cognati.
Stamina nulla sui parte connata inter se sunt.

INDIFFERENTISMUS.
Mariti nullam subordinationem inter se invicem servant;
Stamina nullam determinatam proportionem longitudinis inter se invicem habent.

1. MONANDRIA.
2. DIANDRIA.
3. TRIANDRIA.
4. TETRANDRIA.
5. PENTANDRIA.
6. HEXANDRIA.
7. HEPTANDRIA.
8. OCTANDRIA.
9. ENNEANDRIA.
10. DECANDRIA.
11. DODECANDRIA.
12. POLYANDRIA.

SUBORDINATIO.
Mariti certi reliquis præferuntur.
Stamina duo reliquis semper breviora sunt.

13. DIDYNAMIA.
14. TETRADYNAMIA.

AFFINITAS.
Mariti propinqui & cognati sunt.
Stamina cohærent inter se invicem aliqua sui parte.

15. MONADELPHIA.
16. DIADELPHIA.
17. POLYADELPHIA.
18. SYNGENESIA.

CLANDESTINÆ.
Nuptiæ clam instituuntur.
Flores oculis nudis difficilius usurpandi.

19. CRYPTOGAMIA.

CLASSIUM CHARACTERES.

I. MONANDRIA, a μόνος unicus & ἀνὴρ maritus.
Maritus unicus in matrimonio.
Stamen unicum in flore.

II. DIANDRIA.
Mariti duo in eodem conjugio.
Stamina duo in flore eodem.

III. TRIANDRIA.
Mariti tres in eodem conjugio.
Stamina tria in flore eodem.

IV. TETRANDRIA.
Mariti quinque in eodem conjugio.
Stamina quatuor in eodem flore.
(*Si stamina duo proxima breviora sunt, referatur ad Cl.* 13.)

V. PENTANDRIA.
Mariti quinque in eodem conjugio.
Stamina quinque in flore eodem.

VI. HEXANDRIA.
Mariti sex in eodem conjugio.
Stamina sex in flore eodem.
(*Si ex his stamina 2 opposita breviora, pertinet ad Cl.* 14.)

VII. HEPTANDRIA.
Mariti septem in eodem conjugio.
Stamina septem in flore eodem.

VIII. OCTANDRIA.
Mariti octo in eodem conjugio.
Stamina octo in flore eodem.

IX. ENNEANDRIA.
Mariti novem in eodem conjugio.
Stamina novem in flore eodem.

X. DECANDRIA.
Mariti decem in eodem conjugio.
Samina decem in flore eodem.

XI. DODECANDRIA.
Mariti duodecim ad novendecim in eodem conjugio.
Stamina duodecim ad novendecim in eodem flore.

XII. POLYANDRIA, a πολὺς & ἀνήρ.
Mariti viginti & ultra in eodem conjugio,

Stamina, in aliis calicis lateri interno, in aliis receptaculo inserta, 20-1000 in eodem flore.

XIII. DIDYNAMIA, a δις bis, & δυναμις potentia.
Mariti quatuor, quorum 2 longiores, 2 breviores.
Stamina quatuor, quorum duo proxima longiora sunt.

XIV. TETRADYNAMIA.
Mariti sex, quorum quatuor longiores.
Stamina sex, quorum quatuor longiora, duo autem opposita breviora.

XV. MONADELPHIA, a μόνος unicus, & ἀδελφὸς frater
Mariti, ut fratres, ex una basi proveniunt.
Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.

XVI. DIADELPHIA.
Mariti e duplici basi, tanquam e duplici matre, oriuntur.
Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.

XVII. POLYANDELPHIA.
Mariti ex pluribus, quam duabus matribus, orti sunt.
Stamina filamentis in tria vel plura corpora coalita.

XVIII. SYNGENESIA, a σὺν simul & γενεσις generatio.
Mariti genitalibus fœdus constituerunt.
Stamina antheris (raro) simul filamentis) in cylindrum coalita.

XIX. CRYPTOGAMIA, a κρυπτὸς occultus & γάμος, nuptiæ.
Nuptiæ clam celebrantur.
Fructificatio magis occulta.

ORDINES a feminis seu pistillis, ut classes a maribus seu staminibus utplurimum definiuntur; in paucis tamen v. g. *in classe syngenesiarum cryptogamiarum* differunt ordines ita.

MONOGINIA, DIGYNIA, TRIGYNIA &c. a γυνη femina, præpositis numeris græcis μόνος δις, τρὶς, τέτρα &c.

i. e. *Pistillum 1, 2, 3, 4 &c. Numerus hic pistilli sumitur a basi stili; si stilus autem deficit, a numero stigmatum calculus fit.*

POLYGAMIA ÆQUALIS, constat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus.

i. e. *multis flosculis, staminibus & pistillis instructis.*
Flores ejusmodi maximam partem vulgo flosculosi *dicuntur.*

POLYGAMIA SPURIA, ubi thalami vere nuptorum discum occupant, & ambitum cingunt thalami meretricum maritis destitutarum, ut a maritis, uxoratis fœcundentur.

i. e. *ubi flosculi hermaphroditi discum occupant, & marginem cingunt flosculi feminei staminibus destituti.*

a) SUPERFLUA, cum feminæ maritatæ fertiles sunt, & familiam propagare queunt, adeo ut concubinarum auxilium videatur superfluum.

i. e. *cum flores disci hermaphroditi stimate instruuntur, & semina proferunt, flores quoque feminei radium constituentes similiter semina ferunt.*

(b FRUSTRANEA, cum feminæ maritatæ fertiles sunt, & speciem propagare queunt, concubinæ autem ob defectum vulvæ, veluti castratæ, impraegnari nequeunt.

i. e. *cum flores disci hermaphroditi, stigmate instruuntur, & semina proferunt, flosculi vero radium constituentes, quum stigmate careant, semina proferre nequeunt.*

c) NECESSARIA, cum feminæ maritatæ, ob genitalium labem & vulvæ defectum steriles, familiam propagare nequeunt, concubinis à maritis feminarum fœcundatis uxorum locum supplentibus, subolemque læte propagantibus.

i. e. *cum flores hermaphroditi ob defectum stigmatis pistilli semina perficere nequeunt, flores autem feminei in radio semina perfecta proferunt.*

d) SEGREGATA, cum thalami plurium cujuscumque sexus & conjugii ita uniuntur, ut unicum thalamum communem constituant.

i. e. *cum calices floriferi plures comprehenduntur a communi calice, ut unicum florem conficiant.*

CLASSIUM GENERA.

I. MONANDRIA.

Monogynia.

Canna.
Renealmia.
Amomum.
Costus.
Myrosma.
Alpinia.
Maranta.
Curcuma.
Kæmpferia.
Thalia.
Philydrum.
Cucullaria.
Qualea.
Monodynamis.
Sphærocarpos.
Hedychium.
Myristica.
Phyllachne.
Elaterium.
Pandanus.
Brosimum.
Ascarina.
Nipa.
Casuarina.
Balanophora.
Cynomorium.
Artocarpus.
Chara.
Boerhaavia.
Aphanes.
Salicornia.
Neckeria.
Tamburissa.
Hippuris.

Digymia.

Lacistama.
Corispermum.
Callitriche.
Blitum.
Maianum.
Ceratocarpus.

Trigynia.

Najas.
Ægopricon.

Tetragynia.

Zannichellia.

II. DIANDRIA.

Monogynia.

Nyctanthes.
Jasminum.
Cookia.
Ligustrum.
Phillyrea.
Maytenus.
Olea.
Chionanthus.
Ceranthus.
Syringa.
Hebe.
Tubiflora.
Dialium.
Eranthemum.
Circacæa.
Veronica.
Pæderota.
Globifera.
Justicia.
Dianthera.
Kyrtandra.
Ghinia.
Gratiola.
Schwenckia.
Bæa.
Calceolaria.
Pinguicula.
Utricularia.
Walsenia.
Fagelia.
Verbena.
Lycopus.
Amethystea.
Cunila.
Ziziphora.
Monarda.
Rosmarinus.
Salvia.
Collinsonia.
Morina.
Globba.
Lithophila.
Thouinia.
Pentaglossum.
Ancistrum.
Orchis.
Satyrium.
Ophrys.
Malaxis.
Serapias.
Limodorum.
Cranichis.
Disa.
Cypripedium.
Epidendrum.
Forstera.
Anguria.
Lemna.
Cosaria.
Cecropia.
Omphalea.
Salix.
Fraxinus.

Digynia.

Anthoxanthum.
Gunnera.
Misandra.

Trigynia.

Piper.
Vallisneria.

III. TRIANDRIA.

Valeriana.
Fissilia.

Olax.
Macrolobium.
Rohria.
Tamarindus.
Elate.
Tragia.
Hernandia.
Phœnix.
Oſyris.
Maba.
Ficus.
Rumpfia.
Cneorum.
Camocladia.
Melothria.
Cucumis.
Cucurbita.
Momordica.
Ceratoſanthes.
Trichoſanthes.
Bryonia.
Sicyos.
Glochidion.
Ruſcus.
Rotala.
Ortegia.
Chelidurus.
Loeflingia.
Polycnemum.
Alternanthera.
Agyneja.
Tonſella.
Hippocratea.
Stilago.
Salacca.
Heritiere.
Crocus.
Witſenia.
Tapeinia.
Ixia.
Gladiolus.
Antholyza.
Vogelia.
Iris.
Moræa.
Marica.
Siſyrinchium.
Ferraria.
Dilatois.
Xiphidium.
Wachendorfia.
Commelina.
Callifia.
Syena.
Kyllingia.
Fuirena.
Pommerculla.
Lygeum.
Nardus.
Spartina.
Eriophorum.
Scirpus.
Cyperus.
Schœnus.
Carex.
Typha.
Sparganium.
Zea.
Apluda.
Olyra.
Coix.
Themeda.
Maniſuris.
Cenchrus.

Digynia.

Axyris.
Planera.
Bobantia.
Cornucopiæ.
Saccharum.
Phalaris.
Paſpalum.
Syntheriſma.
Panicum.
Chloris.
Andropogon.
Phleum.
Alopecurus.
Milium.
Agroſtis.
Mühlenbergia.
Calamagroſtis.
Holcus.
Aira.
Malica.
Savaſtana.
Triſetaria.
Spinifex.
Iſchæmum.
Schima.
Ægilops.
Tripſacum.
Poa.
Briza.
Uniola.
Dactylis.
Cynoſurus.
Feſtuca.
Bromus.
Stipa.
Avena.
Anthiſtiria.
Lagurus.
Arundo.
Ariſtida.
Lolium.
Rottboellia.
Elymus.
Secale.
Hordeum.
Triticum.

Trigynia.

Reſtio.
Caturus.
Excæcaria.
Phyllanthus.
Amaranthus.
Eriocaulon.
Montia.
Proſerpinaca.
Holoſteum.
Merorea.
Kœnigia.

Polycarpon.
Mollugo.
Minuartia.
Queria.
Lechea.
Enneagynia.
Empetrum.

IV. TETRANDRIA.

Monogynia.

Protea.
Ropala.
Globularia.
Stilbe.
Cephalanthus.
Lidbeckia.
Scabiosa.
Knautia.
Crinita.
Allionia.
Hedyotis.
Perama.
Opercularia.
Scabrita.
Spermacoce.
Evea.
Asperula.
Diodia.
Knoxia.
Houstonia.
Russea.
Galium.
Valantia.
Crucianella.
Rubia.
Siderodendrum.
Simbuleta.
Siphonanthus.
Catesbæa.
Ixora.
Pavetta.
Fernelia.
Ernodea.
Antirhea.
Petesia.
Hoffmannia.
Racka.
Chomelia.
Petitia.
Mitchella.
Coccosipsilum.
Wallenia.
Callicarpa.
Myonima.
Pyrostria.
Relhamia. *Panzeria.*
Aquartia.
Myrmecia.
Witheringia.
Polypremum.
Chætocarpus.
Lasiostoma.
Brabejum.
Penæa.
Blæria.
Labatia.
Buddleja.
Exacum.
Littorella.
Plantago.
Scoparia.
Skimmia.
Rhacoma.
Monetia.
Othera.
Orixa.
Centunculus.
Sanguisorba.
Cissus.
Frasera.
Epimedium.
Cornus.
Samara.
Blackburnia.
Fagara.
Mayepea.
Ægiphila. Junghansia.
Ptelea.
Hydrophylax.
Tomax.
Sceura.
Rorida.
Sirium.
Ludwigia.
Azima. Canscora.
Bancksia.
Mecucua.
Poiretia.
Oldenlandia.
Carphalea.
Ammannia.
Isnardia.
Trapa.
Dorstenia.
Cometes.
Majanthemum.
Paketaria.
Boehmeria.
Procris. Empleurum.
Urtica.
Batis.
Trophis.
Maprunea.
Viscum.
Kraschenninikofia.
Hippophaë.
Pathos.
Nepenthes.
Moscharia.
Nigrina.
Elæagnus.
Gonocarpus.
Santalum.
Serpicula.
Aucuba.
Montinia.
Struthiola.
Manettia.
Krameria.
Hartogia.

Acæna.
Rivina.
Votomita.
Embothrium
Nacibea.
Cussarea.
Faramea.
Malanea.
Tontanea.
Patabea.
Chloranthus.
Salvadora.
Embalia.
Cansiera.
Camphorosma.
Alchemilla.

Digynia.

Galopina.
Crucita
Buffonia.
Hamamelis.
Nertera.
Betula.
Morus.
Laurembergia.
Schæfferia.
Centella.
Myrica.
Anthospermum.
Cuscuta.
Pagamea.
Hypecoum.
Gomozia.

Trygynia.

Buxus.
Cranzia.
Argythamnia.

Tetragynia.

Brucea.
Cicca.
Ilex.
Coldenia.
Potamogeton.
Ruppia.
Sagina.
Radiola.
Tillæa.
Myginda.

V. PENTANDRIA.

Monogynia.

Heliotropium.
Myosotis.
Batschia.
Lithospermum.
Anchusa.
Cynoglossum.
Pulmonaria.
Arnebia.
Symphytum.
Cerinthe.
Onosma.
Borago.
Asperugo.
Lycopsis.
Echium.
Messerschmidia.
Tournefortia.
Nolana.
Diapensia.
Aretia.
Androsace
Primula.
Cortusa.
Soldanella.
Dodecatheon.
Cyclamen.
Menyanthes.
Doræna.
Hottonia.
Bacopa.
Toccyena.
Hydrophyllum.
Phacelia.
Ellisca.
Rapanea.
Poraqueiba.
Lysimachia.
Euparea.
Tupura.
Anagallis.
Theophrastea.
Anasser.
Retzia.
Spigelia.
Ophiorhiza.
Ophioxylum.
Virecta.
Voyria.
Lisianthus.
Randia.
Fagræa.
Scheffieldia.
Azalea.
Epacris.
Weigela.
Tectona.
Plumbago.
Triguera.
Phlox.
Porana.
Endrachium.
Convolvulus.
Muracoa.
Ipomæa.
Cantua.
Hoitzia.
Polemonium.
Campanula.
Forgesia.
Rœlla.
Phyteuma.
Lobelia.
Trachelium.
Samolus.
Nauclea.
Rondeletia.
Macrocnemum.
Bellonia.
Portlandia.
Swartsia.
Scævola.

Cinchona.
Kyctanthus.
Willdenovia.
Bertiera.
Pſychotria.
Coffea.
Ronabea.
Chiococca.
Hamellia.
Patima.
Vangneria.
Sabicea.
Oribaſia.
Stephanium.
Lonicera.
Bæobotrys.
Chimarris. Cyphia.
Dentella.
Uncaria.
Trioſteum.
Simira.
Mapuria.
Morinda.
Cellicocca.
Cephælis.
Canephora.
Conocarpus.
Jaſione. Lignonia.
Strumpfia.
Corymbium.
Seriphium
Ambroſia.
Kuhnia.
Parthenium.
Clibadium.
Schœpfia.
Erithalis.
Menais.
Muſſænda.
Matthiola.
Mirabilis.
Coris.
Genioſtoma.
Broſſæa.

Verbaſcum.
Datura.
Hyoſcyamus.
Nicotiana.
Jaboroſa.
Atropa.
Phyſalis.
Solanum.
Capſicum.
Strychnos.
Genipa.
Ignatia.
Ceſtrum.
Lycium.
Cryptoſtomum.
Placoma.
Jacquinia.
Xyſtris.
Baſſovia. Urceolaria. Vallaris.
Meiſteria.
Chironia.
Smithia.
Cordia.
Maripa.
Patagonula.
Ehretia.
Varronia.
Ardiſia.
Laugeria.
Chryſophyllum.
Rinorea.
Riana.
Conohoria.
Sideroxylon.
Bumelia.
Manglilla.
Rhamnus.
Phylica.
Carpodetus.
Ceanothus.
Turia.
Mæſa.
Aiduina.

Camax.
Butteneria.
Myrſine.
Bladhia. Plotea.
Antura.
Leea.
Canarium.
Cadaba.
Celaſtrus.
Ruyſchia.
Euonymus.
Polycardia.
Colletia.
Rubentia.
Hyperanthera.
Digera
Dioſma.
Hovenia.
Brunia.
Cyrilla.
Itea.
Geruma.
Cutha.
Pittoſporum.
Viola.
Impatiens.
Galax.
Cedrela.
Melhania.
Ayenia.
Gluta.
Elæodendrum.
Meeſia.
Braſilium.
Calodendrum.
Eſcallonia.
Corinocarpus.
Argophyllum.
Mangifera.
Hirtella.
Paypayrola.
Plectronia.
Hibes.
Gronovia.

Mollia.
Aquilicia.
Hedera.
Melicytus.
Vitis.
Lagoccia.
Roridula.
Sauvagesia. Logania.
Caroxylon.
Claytonia.
Heliconia.
Achyranthes.
Celosia.
Chenolea.
Illecebrum.
Amanoa.
Glaux.
Hedicrea.
Thesium.
Gymnocarpos.
Papularia.
Gynopogon.
Anguillaria.
Breynia.
Pennantia.
Ceratonia.
Pisonia.
Nyssa.
Gouania.
Antidasma.
Rauwolfia.
Pæderia.
Carissa.
Gardenia.
Willughbeja.
Allamanda.
Vinca.
Nerium.
Echites.
Plumaria.
Cameraria.
Tabernæmontana.
Amsonia.
Ochrosia.
Ceropegia.

Digynia.

Pergularia.
Melodinus.
Cynoctonum.
Periploca.
Cynanchum.
Apocynum.
Marelea.
Asclepias.
Stapelia.
Villarsia.
Linconia.
Herniaria.
Humulus.
Atriplex.
Chenopodium.
Beta.
Microtea.
Salsola.
Anredera.
Anabasis.
Cressa.
Steris.
Gomphrena.
Rocama.
Bosea.
Ulmus.
Celtis.
Pistacia.
Cannabis.
Nama.
Dichondra.
Hydrolea.
Donidosia.
Schrebera.
Rochefortia.
Heuchera.
Velezia.
Swertia.
Gentiana.
Vahlia.
Russelia.
Bumalda.
Iresine.
Iva.
Xanthium.
Nephelium
Phyllis.
Hermus.
Arctopus.
Panax.
Eryngium.
Hydrocotyle.
Sanicula.
Astrantia.
Bupleurum.
Echinophora.
Coprosma.
Hasselquistia.
Tordylium.
Caucalis.
Artedia.
Daucus.
Ammi.
Bunium.
Conium.
Selinum.
Athamanta.
Peucedanum.
Crithmum.
Spinanthe.
Cachrys.
Ferula.
Laserpitium.
Heracleum.
Ligusticum.
Angelica.
Sium.
Sison.
Bubon.
Cuminum.
Œnanthe.
Phellandrium.
Cicuta.
Æthusa.
Coriandrum.
Scandix.

Chærophylum.
Imperatoria.
Sefeli.
Thapfia.
Paftinaca.
Smyrnium.
Chamitis.
Anethum.
Carum.
Pimpinella.
Cuſſonia.
Apium.
Ægopodium.

Trigynia.
Quinchamalium.
Grifelinia.
Semecarpus.
Rhus
Viburnum.
Caffine.
Sambucus.
Spathelia.
Staphylea.
Curtifia.
Tamarix.
Xylophyla.
Reichelia.
Zanonia.
Feuillea.
Aftronium.
Salmafia.
Paffiflora.
Suæda.
Turnera.
Telephium.
Andrachne.
Clutia.
Corrigiola.
Pharnaceum.
Alfine.
Drypis.
Bafella.
Sarothra.

Tetragynia.
Parnaffia.
Evolvulus.
Spinacia.

Pentagynia.
Acnida.
Aralia.
Gloffopetalum.
Comerſonia.
Statice.
Linum.
Aldrovanda.
Burcæda.
Quapoya.
Drofera.
Giſekia. Schranckia. Wifenia.
Craffula.
Mahernia.
Sibbaldia.

Hexagynia.
Eracliffa.

polygynia.
Myofurus.
Schefflera.

VI. HEXANDRIA.

Monogynia.
Licuala.
Bromelia.
Pitcaruia.
Xerophyta.
Tillandfia.
Hepetis.
Burmannia.
Lachenalia.
Tradefcantia.
Mnafium.
Pontederia.
Hemanthus
Galanthus.
Leucojum.
Tulbagia.
Narciffus.
Pancratium.
Maſſonia.
Crinum.
Timmia.
Amaryllis.
Bulbocodium.
Aphyllanthes.
Allium.
Lilium.
Fritillaria.
Uvularia.
Gloriofa.
Erythronium.
Tulipa.
Enargea.
Albuca.
Hypoxis.
Ehrharta.
Ornithogalum.
Scilla.
Cyanella.
Puya.
Afphodelus.
Anthericum.
Leontice.
Pollia.
Callixene.
Afparagus.
Dracæna.
Convallaria.
Polyanthes.
Argolafia.
Hyacinthus.
Phormium.
Aletris.
Yucca,
Aloë.
Agave.
Gethyllis.
Hemerocallis.
Piftia.
Lindera.
Adenia.
Peumus.

Siliquaria.
Gleditſchia.
Iſertia.
Leæba.
Ravenala.
Muſa.
Acorus.
Orontium.
Mauritia. Rhapis.
Elæis.
Cocos.
Corypha.
Metroxylon.
Thrinax.
Tamus.
Tonina.
Virola.
Calamus.
Juncus.
Richardia.
Achros.
Guapira.
Ajovea.
Prinos.
Durvia.
Burſera.
Berberis.
Capura.
Loranthus.
Hillia.
Canarina.
Pſuthura.
Nandina.
Coſſignia.
Franckonia.
Peplis.

Digynia.

Gahnia.
Oryza.
Zizania.
Pharus.
Bambus.
Nectris.
Naſtus.
Falckia.
Atraphaxis.
Manſana.

Trigynia.

Rajania.
Dioſcorea.
Smilax.
Boraſſus.
Chamærops.
Rumex.
Flagellaria.
Scheuchzeria.
Wurmbea.
Triglochin.
Melanthium.
Medeola.
Trillium.
Colchicum.
Veratrum.
Helonias.

Tetragynia.

Petiveria.
Mattſchkia.

Hexagynia.

Ariſtolochia.

Polyginia.

Alisma.

VII. HEPTANDRIA.

Monogynia.

Trientalis.
Diſandra.
Petrocarya.
Dracontium.
Æſculus.
Pometia.

Digynia.

Limeum.

Tetragynia.

Saururus.
Aponogeton.

Heptagynia.

Septas.

VIII. OCTANDRIA.

Monogynia.

Tropæolum.
Osbeckia.
Rhexia.
Œnothera.
Gaura.
Epilobium. Honkenja. Heinzia.
Antichorus.
Combretum.
Porteſia.
Claſena.
Barbylus.
Trigonis.
Cupania.
Euphoria.
Molinæa.
Xylocarpus.
Ephiolis.
Allophyllus.
Grislea.
Mimuſops.
Imbricaria.
Scytalia.
Jambolifera.
Melicocca.
Ornitrophe.
Hypelate.
Hagenia.
Guarea.
Hedwigia.
Amyris.
Sodada.
Bineſtaria.
Ximenia.
Saſſia.
Acer.
Dioſpyros.
Fuchſia.
Mindium.
Chlora.
Michauxia.
Dodonæa.

Valentinia.
Lawſonia.
Memexylon.
Icica.
Taliſia.
Melicope.
Vacccinium.
Scholera.
Erica.
Cedrota.
Athenæa.
Grubbia.
Ophira.
Heymaſſoli.
ſcopolia.
Populus.
Daphne.
Dirca.
Buginvillea.
Quiviſia.
Gnidia.
Paſſerina.
Lachnæa.
Bæckea.

Digynia.

Londin. Litchi.
Schmiedelia.
Galenia.
Weinmannia.
Mœhringia.
Codia.
Corylus.
Luziola.

Trigynia.

Polygonum.
Colliguaja.
Ponæa.
Coccoloba.
Paullinia.
Cardioſpermum.
Sapindus.

Tetragynia.

Paris.
Adoxa.
Elatina.
Haloragis.
Quercus.
Rhodiola.
Margaritaria.
Myriophyllum.
Xanthorhiza.

IX. ENNEANDRIA.

Monogynia.

Areva.
Cadamba.
Laurus.
Caquepivia.
Anacardium.
Tinus. Gerbera.
Panke.
Plegorhiza.
Volutella.
Ginannia.
Caſſytha.

Digynia.

Mercurialis.

Trigynia.

Rheum.

Hexagynia.

Butomus.
Hydrocharis.

X. DECANDRIA.

Monogynia.

Sophora.
Anagyris.
Myroſpermum.
Cercis.
Bauhinia.
Hymenæa.
Parkinſonia.
Cadia. Alangium.
Caſſia.
Poinciana.
Cubæa.
Eperua.
Myroxylon.
Cæſalpinia.
Guilandina.
Schotia.
Guajacum.
Trigonia.
Cynometra.
Crudia.
Cyclas.
Hippomanica.
Cyujera.
Criſtaria.
Marſana.
Sonneratia.
Codon.
Ceratoſtema.
Dictamnus.
Ruta.
Toloifera.
Nicandra.
Uratea. Decodon.
Cantuffa.
Hæmatoxylum.
Proſopis.
Chalcas.
Petaloma.
Murraya.
Adenanthera.
Trichilia.
Turræa.
Sandoricum.
Swietenia
Ekebergia.
Melia.
Zygophyllum.
Gilibertia.
Quaſſia.
Ochna.
Schinus.
Kleinhovia.
Fagonia.
Tribulus.
Thryallis.
Limonia.
Gaertneria.

Mono-

Monotropa.
Aquilaria.
Dionæa.
Jussieua.
Heisteria.
Quisqualis.
Dais.
Melastoma.
Cacucia.
Muriri.
Tristemma.
Kalmia.
Ledum.
Rhododendrum.
Andromeda.
Epigæa.
Gualthieria.
Arbutus.
Inocarpus.
Strigilia.
Pyrola.
Styrax.
Samyda.
Simaba.
Copaifera.
Detarium.
Cafearia.
Carica.
Siparuna.
Terminalia.
Chuncoa.
Bucida.
Anavinga.
Reynoutria.
Myrobalanifera.

Digynia.

Royena.
Hydrangea.
Thuraria.
Rokejcka.
Cunonia.
Trianthema.
Chrysosplenium.
Saxifraga.
Tiarella.
Mitella.
Scleranthus.
Gypsophila.
Saponaria.
Dianthus.

Trigynia.

Cucubalus.
Silene.
Stellaria.
Arenaria.
Checleria.
Brunnichia.
Deutzia.
Hortensia.
Malbighia.
Banisteria.
Hiræa.
Triopteris
Erythroxylum.
Aylanthus.
Caucanthus.

Pentagynia.

Helicteres.
Kiggelaria.
Coriaria.
Averrhoa.
Joncquetia.
Poupartia.
Spondius.
Robergia.
Cnestis.
Cotyledon.
Sedum.
Penthorum.
Bergia.
Suriana.
Grielum.
Oxalis.
Agrostemma.
Lychnis.
Cerastium.
Spargula.
Froskählea.

Decagynia.

Neurada.
Phytolacca.

XI. DODECANDRIA.

Monogynia.

Cytinus.
Asarum.
Fiwa.
Bocconia.
Theligonum.
Ceratophyllum.
Mabea.
Balsia.
Rhizophora.
Crenæa.
Apactis.
Bunara.
Blackea.
Besaria.
Vatica.
Enurea.
Garcinia.
Halesia.
Decumaria.
Canella.
Cratæcea.
Sapita.
Triumfetta.
Eurya.
Peganum.
Hudsonia.
Dodecas.
Aristotela.
Nitraria.
Portulaca.
Lythrum.
Ginora.
Topobea.
Ravensara.
Culhamia.

Digynia.

Carpinus.

Juglans.
Heliocarpus.
Euclea.
Menispermum.
Agrimonia.

Trigynia.

Datisca.
Fagus.
Reseda.
Euphorbia.
Visnea.
Napimoga.
Tacca.
Pallasia.
Triplaris.

Tetragynia.

Quillaja.
Blackwellia.

montana. 25. V. racemis lateralibus paucifloris, calicibus hirsutis, foliis ovatis rugosis crenatis petiolatis, caule debili. *Suppl. p.* 83. *Jacquin fl. austr.* 2. *t.* 109.

Chamædrys. 26. V. racemis lateralibus, foliis ovatis sessilibus rugosis dentatis, caule bifariam piloso. *Fl. dan. t.* 448.

austriaca. 27. V. racemis lateralibus, foliis lineari-lanceolatis pinnato-dentatis. *Moris. hist. pl.* 2. *t.* 23. *f.* 17.

multifida. 28. V. racemis lateralibus, foliis multipartitis laciniatis, caulibus erectis. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 329.

urticæfolia. 29. V. racemis lateralibus, foliis ovato-lanceolatis hirtis argute serratis, caule erecto. *Suppl. p.* 83. *Jacq. fl. austr. t.* 59.

latifolia. 30. V. racemis lateralibus, foliis cordatis rugosis dentatis, caule stricto. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 60. Veronica Pseudo-chamædrys.

paniculata. 31. V. racemis lateralibus longissimis, foliis lanceolatis ternis serratis, caule adscendente. *Calic. 4fidi.*

*** *Pedunculis unifloris.*

biloba. 32. V. racemis lateralibus, foliis oblongis dentatis, capsulis bipartitis. *Buxb. cent.* 1. *t.* 36.

decussata. 33. V. floribus racemosis axillaribus, foliis ovalibus decussatis integerrimis. *Moench Weissenstein p.* 137.

agrestis. 34. V. floribus solitariis, foliis cordatis petiolatis pedunculo brevioribus. *It. dan. t.* 449.

arvensis. 35. V. floribus solitariis, foliis cordatis sessilibus pedunculo longioribus. *Fl. dan. t.* 515.

hederæfolia. 36. V. floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. *Fl. dan. t.* 423.

Lappago. 45. V. floribus solitariis, foliis subcuneiformibus 3-5angulis: angulis obtusis. *Schranck baiersch. Flor.* 1. *p.* 218.

triphyllos. 37. V. floribus solitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calice longioribus. *Fl. dan. t.* 627.

verna. 38. V. floribus solitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calice brevioribus. *Fl. dan. t.* 252.

succulenta. 52. V. caule erecto, foliis succulentis: caulinis pinnato-dentatis; floralibus integerrimis. *Allion flor. ped. t.* 22. *f.* 4.

romana. 39. V. floribus solitariis subsessilibus, foliis oblongis subtus dentatis, caule erecto. *Mant. p.* 317.

caroliniensis. 46. V. floribus solitariis subsessilibus foliis oblongis subincisis: caulinis obtusis oppositis, caule suberecto. *Walt. flor. carol. p.* 61.

acinifolia. 40. V. floribus solitariis pedunculatis, foliis ovatis glabris crenatis, caule erecto subpiloso. *Bocon. mus.* 2. *t.* 102.

peregrina. 41. V. floribus solitariis sessilibus, foliis lanceolato-linearibus glabris obtusis integerrimis, caule erecto. *Fl. dan. t.* 407.

marilandica. 42. V. floribus solitariis sessilibus, foliis linearibus, caulibus diffusis. *Murr. comm. Goett.* 1782. *t.* 3.)

numularia. 53. V. floribus solitariis subsessilibus, foliis suborbiculatis integerrimis, caule prostrato-fruticoso. *Gonan. illustr. t.* 1. *f.* 2.

Bellardi. 54. V. hirsuta, caule erecto simplici, foliis linearibus fructu subsessili: brevioribus. *Allion. flor. pedem. t.* 85. *f.* 1.

26. PÆDEROTA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 5partitus. *Caps.* bilocularis.

bonæ spei. 1. P. foliis pinnatis. *Pluckn. phyt.* 320. *f.* 5.

Ageria. 2. P. foliis serratis: inferioribus alternis. *Mant. p.* 171. *Jacq. H. Vindob.* 2. *t.* 121.

Bonarota. 3. P. foliis serratis oppositis. *Jacq. fl. austr.* 5. *app. t.* 39.

cærulea. 4. P. corollarum labio superiore indiviso. *Suppl. p.* 84.

lutea. 5. P. corollarum labio superiore bifido.

minima. 6. P. foliis oblongis integris oppositis, floribus axillaribus oppositis, calicum dentibus intus hirsutis. *Koenig. apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 10.

GLOBIFERA. *Cor.* tubulosa, 4fida, inæqualis. *Cal.* 4partitus, inæqualis, persistens. *Anth.* globosæ. *Caps.* globosa, 1locularis, 4valvis, polysperma.

Umbros. 1. GLOBIFERA. *Walt. flor. carol. p. 63.*

27. JUSTICIA. *Cor.* ringens. *Caps.* 2locularis: seminum retinaculis 2valvis: valvis longitudinalibus unciculatis. *Stamina* anthera solitaria.

* *fruticosæ.*

Adhatoda. 1. J. arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis persistentibus, corollarum galeo concava. *Pluckn. alm. 9. t. 173. f. 3.*

Ecbolium. 2. J. fruticosa foliis lanceolato-ovatis, spicis tetragonis, bracteis ovatis ciliatis, corollarum galea reflexa. *Burm. fl. zeyl. t. 4. f. 1.*

pulcherrima. 3. J. fruticosa, foliis ovatis utrinque acuminatis petiolatis, spicis terminalibus tetragonis erectis: bracteis ovatis. *Suppl. p. 84. Jacq. stirp. amer. pict. t. 259. f. 1. coll. 3. p. 252.*

Betonica. 4. J. fruticosa, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis acuminatis venoso reticulatis coloratis. *Rheed. hort. malab. 2. t. 21.*

scorpioides. 5. J. fruticosa, foliis lanceolato-ovatis hirsutis sessilibus, spicis recurvatis.

picta. 6. J. fruticosa, foliis lanceolato-ovatis pictis, corollis fauce inflatis. *Rumpf amb. 4. t. 30. Caul. striat. Fol. mac. med. lucida.*

infundibuliformis. 7. J. fruticosa foliis lanceolato-ovatis quaternis, bracteis lanceolatis ciliatis. *Rheed. h. mal. 9. t. 62.*

spinosa. 8. J. fruticosa, spinis axillaribus, pedunculis lateralibus. *Sp. pl. p. 1663. Jacq. stirp. amer. pict. t. 2.*

β) *Forsk. fl. æg. arab. p. 6.* Justicia bispinosa.

γ) *Forsk. fl. æg. arab. p. 6.* Justicia appressa.

trispinosa. 9. J. foliis lanceolato-ovatis, spicis terminalibus imbricatis, galea brevi. *Forsk. fl. æg. arab. p. 6.*

10. J.

lanceata. 10. J. foliis inermibus; spinis stipularibus bracteisque margine spinosis. *Forsk. fl. æg. arab. p. 6.*

fastuosa. 11. J. fruticosa, foliis ellipticis, thyrsis terminalibus. *Mant. p. 172. Pluckn. phyt. 193. f. 3.*

orchioides. 12. J. fruticosa, foliis ovatis sessilibus, floribus axillaribus solitariis pedunculatis. *Suppl. p. 85.*

Gandarussa. 13. J. fruticosa glabra, foliis lanceolatis elongatis, spicis verticillatis. *Suppl. p. 85.*

hyssopifolia. 14. J. fruticosa, foliis lanceolatis integerrimis; pedunculis trifloris ancipitibus; bracteis calice brevioribus. *Mill. dict. ic. 13.*

bracteolata. 45. J. fruticosa glabra, ramis junioribus tetragonis tuberculatis, foliis lanceolatis subintegerrimis, racemo terminali erecto. *Jacq. collect. 3. p. 253.*

tranquebarensis. 15. J. suffruticosa, caule tereti, foliis orbiculatis, spicis terminalibus, floribus solitariis, bracteis obcordatis. *Suppl. p. 85.*

verticillaris. 16. J. villosa, foliis ovatis integris, floribus axillaribus verticillatis integris. *Suppl. p. 85.*

cærulea. 17. J. foliis ovato-oblongis ciliatis, floribus ternis verticillatis sessilibus. *Forsk. fl. æg. arab. p. 5.*

nitida. 36. J. foliis ellipticis acuminatis, racemis spicæformibus verticillatis: bracteis minutis, pedicellis calicibusque glabris. *Swarts nov. pl. gen. p. 13.*

armata. 37. J. aculeata, foliis oblongis emarginatis coriaceis nitidis. *Swarts n. pl. gen. & sp. p. 13.*

acicularis. 38. J. diffusa spinosa: spinis setaceis, floribus pedunculatis axillaribus solitariis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 13.*

repanda. 39. J. foliis ovatis repandis, pedunculis axillaribus trifidis. *Forst. fl. austr. p. 3.*

longifolia. 41. J. suffruticosa, foliis linearibus sinuatis, pedunculis axillaribus trifidis. *Forst. fl. austr. p. 4.*

variegata. 40. J. foliis ovatis integerrimis, spicis terminalibus verticillatis: verticillis quadrifloris. *Aublet pl. guj. 1. p. 12. t. 4.*

An distincta species Justicia Forskåehlii *fœtida, odorem quippe alliaceum spirans?*

maduren- 45. J. foliis ovalibus obtusis dentatis, floribus axillaribus
sis. solitariis. *Burm. ind. t. 4. f. 3.*

** *herbaceæ.*

acaulis. 18. J. acaulis. *Suppl. p. 84.*

ciliaris. 19. J. herbacea foliis lanceolatis, floribus oppositis sessilibus, bracteis calicibusque setaceis hispidis flore longioribus. *Jacq. h. Vindob. 2. t. 104.*

procum- 20. J. foliis lanceolatis integerrimis, spicis terminalibus
bens. lateralibusque alternis, bracteis setaceis, caule procumbente. *Pluckn. alm. t. 56. f. 3. & t. 393. f. 4.*

pectinata. 21. J. diffusa, spicis axillaribus sessilibus tomentosis secundis dorso imbricatis: bracteis semilanceolatis.

repens. 22. J. foliis ovatis subcrenatis, spicis terminalibus: bracteis lanceolatis, caule repente. *Burm. th. zeyl. t. 3. f. 2. Fol. interdum lanceol. sessil.*

viridis. 23. J. foliis oblongis integris, spicis terminalibus imbricatis: bracteis ovato-lanceolatis, galea lineari reflexa bidentata. *Forsk. fl. æg. arab. p. 5.*

triflora. 24. J. pedunculis axillaribus folio longioribus apice trifloris. *Forsk. fl. æg. arab. p. 4.*

sinensis. 25. J. foliis ovatis, floribus lateralibus, pedunculis trifloris brevibus, bracteis ovalibus. *Burm. ind. 8. t. 4. f. 1.*

panicula- 26. J. paniculis axillaribus petiolo longioribus, foliis ovato-
ta. lanceolatis. *Forsk. fl. æg. arab. p. 4.*

echioides. 27. J. foliis lanceolato-linearibus obtusis sessilibus, racemis adscendente-secundis: bracteis setaceis. *Herm. lugdb. t. 669.*

sexangu- 28. J. foliis ovatis integerrimis, bracteis cuneiformibus,
laris. ramis sexangularibus. *Pluckn. alm. t. 279. f. 6. an eadem cum echioide?*

carthagi- 29. J. foliis lanceolato-ovalibus, floribus spicatis, bracteis
nensis. oblongo-cuneatis. *Sp. pl. p. 1663. Jacq. stirp. amer. pict. t. 7.*

assurgens. 30. J. foliis ovatis integerrimis, bracteis subulatis, ramis hexagonis. *Brown. jam. t. 2. f. 1.*

nasuta. 31. J. foliis lanceolato-ovatis integerrimis, pedunculis dichotomis. *Rheed. h. malab. 9. t. 69. Corollæ carneæ.*

bivalvis. 32. J. ſoliis lanceolato-ovatis, pedunculis ſexfloris: pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis parallelis. *Rheed. h. mal.* 9. *t.* 43.

purpurea. 33. J. ſoliis ovatis utrinque mucronatis integerrimis glabris, caule geniculato, ſpicis ſecundis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 22. *f.* 1. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 4. *t.* 54. *f.* 4. *Caulis radicans.*

gangetica. 34. J. foliis ovatis, racemis ſimplicibus longis, floribus alternis ſecundis, bracteis obſoletis. *Rheed. h. mal.* 9. *t.* 51.

japonica. 35. J. foliis ovatis ſerratis, ſpicis terminalibus: bracteis ſetaceis, caule patulo. *Thunb. fl. jap. p.* 20.

parviflora. 42. J. diffuſa, foliis ovatis integris, ſpicis ſecundis: bracteis lanceolatis; anterioribus alatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 9.

nemoroſa. 43. J. caule tetragono erectiuſculo, ſoliis ovato-lanceolatis, ſpicis ovatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 14.

coccinea. 44. J. ſoliis ovatis glabris integerrimis, ſpicis terminalibus verticillatis: floribus ſeſſilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 10. *t.* 3.

nutans. 46. J. foliis lanceolatis denticulatis, pedunculis terminalibus cernuis, bracteis ſetaceis. *Burm. ind. t.* 5. *f.* 1.

moretiana. 47. J. foliis lanceolatis integerrimis, floribus axillaribus ſolitariis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 23.

28. DIANTHERA. *Cor.* ringens. *Stamen* utrumque *antheris* binis alternis. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, ungue elaſtico diſſiliens.

† *fruticoſæ.*

ſeſſilis. 1. D. fruticoſa, floribus axillaribus ſeſſilibus. *Syſt. veget. ed.* 14. *p.* 62. Juſticia ſeſſilis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 3.

nitida. 21. D. foliis lanceolato-acuminatis, floribus ſubſpicatis, bracteis ſetaceis, caule lævi. *Jacq. ſtirp. am. p.* 4.

hirſuta. 22. D. foliis lanceolato-acuminatis, floribus ſubſpicatis: bracteis ſetaceis, caule hirſuto. *Jacq. ſtirp. am. p.* 4.

* *herbaceæ.*

odora. 2. D. floribus axillaribus solitariis sessilibus. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 8.

trisulca. 3. D. floribus axillaribus solitariis pedunculatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 7.

β) *Retz. act. Stockh.* 1775. 4. *n.* 2. *Stamin.* 4. *an hujus generis ?*

japonica. 4. D. pedunculo axillari solitario subquadrifloro, bracteis oblongis ciliatis. *Thunb. fl. jap. p.* 21.

martinicensis. 5. D. foliis ovato-acuminatis, pedunculis trifloris, bracteis ovatis calice longioribus. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 6.

eustachiana. 6. D. foliis lanceolato-oblongis, pedunculis multifloris, bracteis linearibus apice latiusculis acuminatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 5.

pectoralis. 7. D. caule adscendente, foliis lanceolato-linearibus, panicula dichotoma terminali. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 4.

paniculata. 8. D. paniculis axillaribus oppositis dichotomis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 7.

malabarica. 9. D. floribus paniculatis: pedicellis bi-vel trifidis, floribus bicaliculatis: lacinia dorsali majore. *Suppl. p.* 85. *Retz. act. Stockh.* 1775. *t.* 9. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 51. *f.* 8.

debilis. 10. D. spicis axillaribus imbricatis: bracteis late ovatis ciliatis quaternis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 9.

americana. 11. D. spicis solitariis alternis. *Pluckn. alm. t.* 423. *f.* 5.

comata. 12. D. spicis filiformibus verticillatis: inferioribus umbellatis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 103. *f.* 2.

verticillata. 13. D. floribus verticillatis: verticillis capitatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 9.

reptans. 14. D. caule repente, foliis obtusis, spica terminali indivisa. *Swarts n. pl. gen. & sp. p.* 13.

humifusa. 15. D. caule decumbente, foliis ovatis cordatisque, spicis umbellatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 14.

cærulea. 16. D. umbella fascicula sessili simplicissima. *Forst. pl. austr. p.* 4.

clavata. 17. D. panicula subumbellata composita: pedunculis apice dilatatis. *Forst. fl. austr. p.* 4.

ovata. 18. D. foliis subovatis, spicis solitariis alternis filiformibus, folio duplo longioribus. *Walt. flor. carol. p.* 63.

ensiformis. 19. D. foliis ensiformibus, spicis subcapitatis: pedunculo solitario elongato. *Walt. flor. carol. p.* 63.

hyssopifolia. 20. D. floribus terminalibus pedunculatis, foliis lanceolatis scabris. *Burm. ind. t.* 5. *f.* 2.

KYRTANDRA. *Nectarium* arculatum brevissimum. *Filamenta* 4 brevia, 2 sterilia. *Stigma* clavatum. *Bacca* 2 locularis.

biflora. 1. K. involucris bifloris. *Forster char. gen. pl. p.* 3. *t.* 3.

cymosa. 2. K. pedunculis nudis. *Forster char. gen. pl. p.* 3.

GHINIA. *Cor.* 2 labiata: *labio* inferiori 3 partito. *Filament.* 4, quorum 2 longiora; *anth.* loculi terminales in brevioribus filamentis steriles. *Drupa* turbinata angulata: *Nux* 4-5 locularis; loculis 1 spermis.

Tamonea. 1. GHINIA. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 660. *t.* 268.

29. GRATIOLA. *Cor.* irregularis, resupinata. *Cal.* 5 partitus: foliolis 2 exterioribus accessoriis. *Stam.* 2 sterilia. *Caps.* 2 locularis.

officinalis. 1. Gr. foliis lanceolatis serratis, floribus pedunculatis. *Fl. dan. t.* 363.

Monnieria. 2. Gr. foliis ovali-oblongis, pedunculis unifloris, caule repente. *Jacq. obs. bot.* 4. *t.* 1. *Stamina singula* 4 *antherifera.*

rotundifolia. 3. Gr. foliis ovatis trinerviis. *Mant. p.* 174. *Rheed. h. mal.* 9. *t.* 57.

hyssopioides. 4. Gr. foliis lanceolatis subserratis, articulo caulino utplurimum brevioribus, capsulis ovatis. *Mant. p.* 174. *Pluckn. alm. t.* 193. *f.* 1. *Folia inferiora sæpius ovata.*

virginica. 5. Gr. foliis lanceolatis obtusis subdentatis. *Pluckn. alm. t.* 193. *f.* 2. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 4. *t.* 53. *f.* 11.

peruviana. 6. Gr. floribus subsessilibus. *Feuill. peruv.* 3. *t.* 47.

lobelioides. 7. Gr. caule subnudo stipulato, foliis oblongis integerrimis, panicula dichotoma, capsulis subglobosis. *Koenig apud Retz. obs. bot. fasc.* 4. *p.* 7.

grandiflora. 8. Gr. caulibus decumbentibus, foliis ovatis serratis, pedunculis oppositis, capsulis subulatis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 8.

veronicifolia. 9. Gr. caule repente, foliis ovato-lanceolatis acute serratis, floribus terminalibus oppositis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 8.

oppositifolia. 10. Gr. caule adscendente, foliis lanceolatis serratis, pedunculis oppositifoliis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 8.

repens. 11. Gr. foliis ovatis, caule repente, calice pentaphyllo, stilo bifido. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 14.

ramosa. 12. Gr. caule subramoso, foliis oppositis ternisque acuminatis subdentatis, pedunculis alternis; calicibus æqualibus. *Walt. flor. carol. p.* 61.

acuminata. 13. Gr. foliis ovato-lanceolatis serratis, pedunculis unifloris solitariis axillaribus folio longioribus, corollis subæqualibus. *Walt. flor. carol. p.* 61.

inæqualis. 14. Gr. foliis oblongis obtusis subdentatis, floribus pedicellatis: galea suberecta. *Walt. flor. carol. p.* 61.

1233. SCHWENKIA. *Cor.* subæqualis: fauce plicata glandulosa. *Stam.* 3sterilia. *Caps.* 2locularis polysperma.

americana. 1. SCHWENKIA. *Schwenk. hort. med. Hag.* 1766. *t.* 1. *Browalliis affinis.*

BÆA. *Cor.* ringens: galea 3loba; labio 2partito. *Cal.* 5partitus. *Stamina* filamentis crassis arcuatis, antheris conniventibus. *Caps.* corniculata, contorta, 4valvis.

indica. 1. BÆA. *Jussieu gen. plant. p.* 121.

1288. CALCEOLARIA. *Cor.* ringens, inflata. *Cal.* 4partitus, æqualis. *Capf.* 2locularis, 2-valvis, polyfperma.

pinnata. 1. C. foliis pinnatis. *Mant. p.* 171. *act. Stockh.* 1770. *t.* 8. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 4. *t.* 62. *f.* 4.

integrifolia. 2. C. foliis ovatis indivifis ferratis caule ramofo. *Mat. amer.* 1. *t.* 2. *Smith. plant. ic. ined.* 1. *t.* 3?

nana. 3. C. foliis ovatis integerrimis, fcapis unifloris. *Smith. plant. ic. ined.* 1. *t.* 1.

plantaginea. 4. C. foliis rhombeis ferratis, fcapis paucifloris. *Smith. pl. ic. ined.* 1. *t.* 2.

Fothergillii. 5. C. foliis fpatulatis integerrimis, pedunculis fcapiformibus unifloris. *Ait. hort. kew.* 1. *p.* 30. *t.* 1.

perfoliata. 6. C. foliis perfoliatis fpatulato-fagittatis. *Mutis amer.* 1. *t.* 3.

30. PINGUICULA. *Cor.* ringens calcarata. *Cal.* 2labiatus, 5fidus: *Capf.* 1locularis.

lufitanica. 1. P. nectario apice incraffato.

vulgaris. 2. P. nectario cylindrico longitudine petali. *Fl. dan. t.* 93.

alpina. 3. P. nectario conico petalo breviore. *Fl. dan. t.* 453.

cærulea. 4. P. corollæ tubo ventricofo. *Walt. flor. carol. p.* 63.

lutea. 5. P. corolla campanulata. *Walt. flor. carol. p.* 63.

villofa. 6. P. fcapo fubvillofo. *Fl. lapp. t.* 12. *f.* 2. *vulgari omnibus partibus fextuplo minor.*

31. UTRICULARIA. *Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* 2phyllus, æqualis. *Capf.* 1locularis.

alpina. 1. U. nectario fubulato, foliis ovatis integerrimis. *Jacq. ftirp. amer. pict. t.* 8.

foliofa. 2. U. nectario conico, fructibus cernuis, radicibus utriculo deftitutis. *Plum. fpec.* 6. *ic.* 165. *f.* 2.

vulgaris. 3. U. nectario conico, scapo paucifloro. *Fl. dan. t.* 138.

inflata. 4. U. nectario obtuso, scapo sexfloro foliis inflatis. *Walt. flor. carol. p.* 64.

fibrosa. 5. U. nectario obtuso, scapo bifloro, foliis fibrosis. *Walt. flor. carol. p.* 64.

pumila. 6. U. scapo subtrifloro, floribus parvis luteis, foliis fibrosis. *Walt. flor. carol. p.* 64.

purpurea. 7. U. scapo subtrifloro, floribus parvis purpureis, foliis fibrosis. *Walt. flor. carol. p.* 64.

minor. 8. U. nectario carinato. *Fl. dan. t.* 128.

subulata. 9. U. nectario subulato. *Fol. capillacea. Cor. alba.*

gibba. 10. U. nectario gibboso.

bifida. 11. U. scapo nudo bifido. *Osb. it. t.* 3. *f.* 2.

cærulea. 12. U. scapo nudo: squamis alternis vagis subulatis. *Rheed. h. malab.* 9. *t.* 70.

stellaris. 13. U. verticillo utriculario bractearum ciliari. *Suppl. p.* 86.

inflexa. 14. U. foliis dichotomis, pedunculo racemoso basi utriculis verticillato, nectariis inflexis truncatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 9.

obtusa. 15. U. nectario inflexo obtuso subemarginato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 14.

WULFENIA. *Cor.* ringens ecalcarata semihians ad faucem barbata.

carinthiaca. 1. WULFENIA. *Jacq. miscell. austr.* 2. *p.* 60. *t.* 8. *f.* 1.

FAGELIA. *Cor.* retortæformis. *Cal.* 4partitus, planus, persistens. *Stam.* brachiis incurvatis instructa. *Caps.* 4-5valvis, apice elastice dehiscens, polysperma.

flavicans. 1. FAGELIA. *Schwenck. act. Roterod.* 1. 1774. *p.* 473. *t.* 13.

32. VERBENA. *Cor.* infundibuliformis ſubæqualis. *Cal.* dente 1 truncato. *Semina* 2-4 nuda : cortice dorſi craſſiore.

* Diandræ.

orubica. 1. V. ſpicis longiſſimis folioſis. *Ehret. ic. pl. ſel. t. 5. f. 1.*

indica. 2. V. ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis lanceolato-ovatis oblique dentatis, caule lævi. *Jacq. obſ. bot. 4. t. 86.*

jamaicenſis. 3. V. ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis ſpatulato-ovatis ſerratis, caule hirto. *Jacq. obſ. bot. 4. t. 85. In hac & indica receptaculum induratione lignoſum.*

mutabilis. 4. V. ſpicis longiſſimis carnoſis aphyllis foliis ovatis acutis ſubtus tomentoſis decurrentibus, caule fruticoſo tomentoſo. *Jacq. coll. 2. p. 334.*

priſmatica. 5. V. ſpicis laxis, calicibus alternis priſmaticis truncatis ariſtatis, foliis ovatis obtuſis. *Jacq. pl. rar. ic. cent. 2. faſc. 2. t. 26.*

mexicana. 10. V. ſpicis laxis, calicibus fructus reflexis rotundato-didymis hiſpidis. *Dill. h. Elth. t. 302. f. 389. Gaertn. de fr. & ſem. cent. 4. t. 56. f. 1; in hac & nodiflora calix induratus includit pericarpium, nonne diſtincti generis ?*

curaſſavica. 6. V. ſpicis longis, calicibus ariſtatis, foliis ovatis ſerratis ; *an ad Tamonea amandanda ?*

ſtœchadifolia. 7. V. ſpicis ovatis, foliis lanceolatis ſerrato-plicatis, caule fruticoſo. *Plum. ſpec. 6. ic. 162. f. 1.*

** *tetrandræ.*

lappulacea. 8. V. calicibus ſubrotundis erectiuſculis, ſeminibus echinatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t. 9.*

Aubletia. 9. V. ſpicis ſolitariis, corollis faſciculatis, foliis cordatis inciſo-ſerratis. *Jacq. h. Vind. 2. t. 176. Syſt. veg. ed. 13. p. 478.* Buchnera canadenſis.

nodiflora. 11. V. ſpicis capitato-conicis foliis ſerratis, caule repente. *Burm. ind. t. 6. f. 2. Gaertn. de fr. & ſem. cent. 4. t. 56. f. 1.*

bonarienſis. 12. V. ſpicis faſciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus. *Dill. h. Elth. t. 300. f. 387. Gaertn. de fr. & ſem. cent. 5. t. 66. f. 1.*

hastata. 13. V. spicis longis acuminatis, foliis hastatis. *Herm. parad. t.* 242.

caroliniana. 14. V. spicis filiformibus, foliis indivisis lanceolatis serratis obtusiusculis subsessilibus. *Dill. h. Elth. t.* 301. *f.* 388.

urticifolia. 15. V. spicis filiformibus paniculatis, foliis indivisis ovatis serratis acutis petiolatis. *Sabb. h. rom.* 3. *t.* 55.

spuria. 16. V. spicis filiformibus, foliis multifido-laciniatis, caulibus numerosis.

officinalis. 17. V. spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario. *Fl. dan. t.* 628.

supina. 18. V. spicis filiformibus solitariis, foliis bipinnatifidis. *Kniph. bot. orig. cent.* 12. *n.* 99.

procumbens. 19. V. spicis filiformibus, foliis multifido-laciniatis, caule procumbente. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 10, *n.* 27. *an distincta vere ab officinali species?*

triphylla. 21. V. floribus paniculatis, foliis ternis, caule fruticoso. *Herit. stirp. nov.* 2. *p.* 21. *t.* 11.

globiflora. 20. V. floribus capitatis, caule fruticoso. *Herit. stirp. nov.* 2. *p.* 23. *t.* 12.

† incertæ *tribus.*

capitata. 22. V. foliis serratis, floribus capitato-globosis, calice glumato. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 10. *anne eadem cum nodiflora?*

23. LYCOPUS. *Cor.* 4fida: lacinia unica emarginata. *Stamina* distantia. *Semina* 4 retusa.

europæus. 1. L. foliis sinuato-serratis. *Sabb. h. rom.* 3. *t.* 53.

virginicus. 2. L. foliis æqualiter serratis.

exaltatus. 3. L. foliis basi pinnatifido-serratis.

34. AMETHYSTEA. *Cor.* 5fida : lacinia infima patentiore. *Stam.* approximata. *Cal.* ſubcampanulatus. *Sem.* 4gibba.

cærulea. 1. AMETHYSTEA. *Haller. comm. Goett.* 1751. *p.* 209. *t.* 10. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 5. *t.* 66. *f.* 2.

35. CUNILA. *Cor.* ringens : labio ſuperiore erecto plano. *Filamenta* caſtrata 2. *Semina* 4.

mariana. 1. C. foliis ovatis ſerratis, corymbis terminalibus dichotomis. *Pluckn. mant. t.* 344. *f.* 1.

putegioides. 2. C. foliis oblongis bidentatis, floribus verticillatis. *Jungh. pl. ic. cent.* 1. 31.

thymoides. 3. C. foliis ovalibus integerrimis, floribus verticillatis, caule tetragono. *Moriſ. hiſt.* 3. *t.* 19. *f.* 6.

capitata. 4. C. foliis ovatis, floribus terminalibus, umbella ſubrotunda. *Suppl. p.* 87.

35. ZIZIPHORA. *Cor.* ringens : labio ſuperiore reflexo. *Cal.* teretiuſculus. *Sem.* 4ovata, mucilaginoſa.

capitata. 1. Z. faſciculis terminalibus, foliis ovatis. *Mant. p.* 317. *Pluckn. alm. t.* 164. *f.* 4. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 5. *t.* 66. *f.* 3.

hiſpanica. 2. Z. floribus racemoſo-ſpicatis, bracteis obovatis nervoſis acutis, foliis ovatis.

tenuior. 3. Z. floribus lateralibus, foliis lanceolatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 19. *f.* 3. 4.

acinoides. 4. Z. floribus lateralibus, foliis ovatis.

37. MONARDA. *Cor.* ringens : labio ſuperiore lineari integro filamenta involvente. *Semina* 4.

fiſtuloſa. 1. M. capitulis terminalibus, caule obtuſangulo. *Corn. canad. t.* 14. *Gaertn. de fr. & ſem.* 1. *cent.* 5. *t.* 66. *f.* 6.

didyma. 2. M. floribus capitatis ſubdidynamis, caule acutangulo. *Trew. tab. Ehret. t.* 36.

rugoſa. 4. M. foliis ovato-lanceolatis cordatis glabris rugoſis. *Ait. hort. kew.* 1. *p.* 36.

oblongata. 4. M. foliis oblongo-lanceolatis baſi rotundato-attenuatis villoſis planis. *Ait. hort. kew.* 1. *p.* 36.

clinopodia. 5. M. floribus capitatis, foliis læviſſimis ſerratis.

punctata. 6. M. floribus verticillatis, corollis punctatis, bracteis coloratis. *Mant. p.* 317. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 8. *f.* 8.

ciliata. 7. M. floribus verticillatis, corollis involucro longioribus. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 8. *f.* 6.

38. ROSMARINUS. *Cor.* inæqualis : labio ſuperiore 2partito. *Filamenta* longa, curva, ſimplicia cum dente.

officinalis. 1. R. foliis ſeſſilibus. *Blackw. herbar. t.* 159. *Regnault bot. t.* 5.

chilenſis. 2. R. foliis petiolatis. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 134.

39. SALVIA. *Cor.* ringens. *Filamenta* tranſverſe pedicello affixa. *Sem.* 4 ſæpe mucilaginoſa.

ægyptiaca. 1. S. foliis lanceolatis denticulatis, floribus pedunculatis. *Jacq. h. Vindob.* 2. *t.* 108.

dentata. 61. S. foliis lineari-oblongis dentato-pinnatifidis, verticillis bifloris : calicis laciniis obtuſis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 37.

cretica. 2. S. foliis lanceolatis, calicibus diphyllis. *Pluckn. phyt. t.* 57. *f.* 1.

lyrata. 3. S. foliis radicalibus lyratis dentatis, corollarum galea breviſſima. *Moriſ. hiſt.* 3. *t.* 13. *f.* 27.
β) *Sp. pl. p.* 832. Horminum virginicum.

officinalis. 4. S. foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus interrupto-ſubverticillatis: calicum dentibus ariſtatis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* S. 14. *Regnault bot. t.* 6.
β) *Mill. dict.* 3. Salvia auriculata.

pomifera. 5. S. foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calicibus obtuſis. *Tournef. it.* 1. *p.* 92. *t.* 92.

urticifolia. 6. S. foliis ovato-oblongis duplicato-ſerratis, calicibus tridentatis: lacinia ſumma tridentata. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 13. *f.* 31.

ſerotina. 7. S. foliis cordatis ſerratis mollibus, floribus racemoſo-ſpicatis, corollis calicem vix excedentibus. *Mant. p.* 25. *Arduin. ſp.* 1. *t.* 1.

viridis. 8. S. foliis oblongis crenatis, corollarum galea ſemiorbiculata, calicibus fructiferis reflexis. *Jacq. plant. rar. faſc.* 2. *ic.* 42.

viſcoſa. 9. S. foliis oblongis obtuſis ſuberoſis crenatis viſcidis, floribus verticillatis, bracteis cordatis acutis. *Jacq. ic. rar. faſc.* 1. *t.* 14.

Horminum. 10. S. foliis obtuſis crenatis, bracteis ſummis ſterilibus majoribus coloratis. *Geſn. faſc.* 17. *t.* 11. *f.* 21. *Plenck pl. med. t.* 20.

ſylveſtris. 11. S. foliis cordato-lanceolatis undulatis biſerratis maculatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus. *Jacq. fl. auſtr. t.* 212.

nemoroſa. 12. S. foliis cordato-lanceolatis ſerratis planis, bracteis coloratis, flore longioribus corollæ labio infimo reflexo.

ſyriaca. 13. S. foliis cordatis dentatis: inferioribus repandis, bracteis cordatis brevibus acutis, calicibus tomentoſis. *Bauh. prodr.* 114. *t.* 114.

hæmatodes. 14. S. foliis cordato-ovatis rugoſis tomentoſis, calicibus hiſpidis, radice tuberoſa. *Barr. rar. pl. ic. t.* 185.

auſtriaca. 15. S. foliis cordato-ovatis crenatis ad oras inciſis vel lobatis ſupra nudis, caule, calicibus bracteiſque hirſutiſſimis. *Jacq. fl. auſtr. t.* 112.

pratenſis. 16. S. foliis cordato-oblongis crenatis: ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis. *Blackw. herb. t.* 258.

indica. 17. S. foliis cordatis : lateralibus lobatis, fummis feffilibus, verticillis fubnudis remotiffimis. *Mant. p.* 318. *Jacq. h. Vindob. t.* 78.

dominica. 18. S. foliis cordatis obtufis crenatis fubtomentofis, corollis calice anguftioribus.

verbenaca. 19. S. foliis ferratis finuatis læviufculis, corollis calice anguftioribus. *Barr. ic. pl. rar.* 208.

nilotica. 20. S. foliis finuatis angulatis crenato-dentatis, calicum dentibus fpinofis : angulis margineque faucis ciliatis. *Jacq. hort. Vindob.* 3. *t.* 92.

nubia. 21. S. foliis lanceolato-ovatis duplicato crenatis, tubo corollæ incurvato. *Murray comm. Goett.* 1778. *t.* 3.

clandeftina. 22. S. foliis ferratis pinnatifidis rugofiffimis, fpica obtufa, corollis calice anguftioribus. *Barr. ic. pl. rar.* 220.

pyrenaica. 23. S. foliis obtufis erofis, ftaminibus corolla duplo longioribus. *Herm. parad. t.* 187.

difermas. 24. S. foliis cordato-oblongis erofis, ftaminibus corollam æquantibus. *Ard. fpec.* 1. *p.* 9. *t.* 1.

rugofa. 62. S. foliis cordatis oblongo-lanceolatis erofo-crenatis rugofis pilofiufculis, ftaminibus corolla brevioribus, *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 42.

mexicana. 25. S. calicis labio fuperiore integerrimo, ftilo hirfuto, racemo verticillato, foliis ovatis utrinque acuminatis ferratis. *Dill. h. Elth. t.* 254. *f.* 330.

hifpanica. 26. S. calicis labio fuperiore integerrimo, ftilo barba unilaterali, fpica imbricata cernua, foliis ovatis utrinque mucronatis. *Ard. fpec.* 10. *t.* 2. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 5. *t.* 66. *f.* 4.

leonuroides. 27. S. calicis labio fuperiore integerrimo, ftilo bifariam barbato, floribus axillaribus interrupte verticillatis, foliis cordato-ovatis crenatis, caule frutefcente. *Gloxin obf. bot. p.* 15. *t.* 2. *Herit. ftirp. nov.* 3. *p.* 41. *t.* 21.

verticillata. 28. S. foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis fubnudis, ftilo corollæ labio inferiori incumbente. *Kniph. bot. orig.* 6. *t.* 79.

napifolia. 29. S. foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis fubnudis, corollæ labio fuperiori cordato-emarginato. *Jacq. h. Vindob. t.* 152.

virgata. 30. S. foliis cordatis crenatis erofis rugofis, verticillis in ramis virgatis longiffimis. *Jacquin h. Vindob. t.* 37.

glutinofa. 31. S. foliis cordato-fagittatis ferratis acutis. *Mant. p.* 319. *Sabb. h. rom.* 3. *t.* 21.

canarienfis. 32. S. foliis haftato-triangularibus oblongis crenatis obtufis. *Mant. p.* 319. *Morif. hift.* 3. *t.* 13. *f.* 17.

africana. 33. S. foliis fubrotundis ferratis : bafi truncatis dentatis. *Commel. h. Amftel.* 2. *t.* 91.

aurea. 34. S. foliis fubrotundis integerrimis : bafi truncatis dentatis. *Commel. h. Amftel.* 2. *t.* 92.

colorata. 35. S. foliis ellipticis fubintegerrimis tomentofis, calicis limbo membranaceo colorato.

paniculata. 36. S. foliis obovato-cuneiformibus denticulatis nudis, caule frutefcente. *Mant. p.* 25. *Maarburgh. ic. t.* 3.

collinea. 37. S. foliis cordatis acutis ferratis fubtus molliffime tomentofis, racemo terminali verticillato. *Suppl. p.* 88. *Murray comm. Goett.* 1778. *t.* 1.

acetabulofa. 38. S. foliis obovatis dentatis, calicibus campanulatis patentibus pilofis, caule fruticulofo. *Mant. p.* 25.

fpinofa. 39. S. foliis oblongis fpinofis, calicibus fpinofis, bracteis cordatis mucronatis concavis. *Mant. p.* 26. & 511. *Morif. hift. pl.* 3. *t.* 16. *f.* 2.

Sclarea. 40. S. foliis rugofis cordatis oblongis villofis, ferratis, bracteis coloratis calice longioribus concavis acuminatis. *Regnault bot. t.* 8.

ceratophylla. 41. S. foliis rugofis pinnatifidis lanatis, verticillis fummis fterilibus. *Morif. hift. pl.* 3. *t.* 13. *f.* 6.

Æthiopis. 42. S. foliis oblongis erofis lanatis, verticillis lanatis, corollæ labio crenato, bracteis recurvatis fubfpinofis. *Jacq. fl. auftr. t.* 211.

pinnata. 43. S. foliis lyrato-pinnatis. *Boerh. ind. h. Lugdb.* 1. *tab. p.* 167.

argentea. 44. S. foliis oblongis dentato-angulatis lanatis, verticillis fummis fterilibus : bracteis concavis.

ceratophylloides. 45. S. foliis pinnatifidis rugofis villofis, caule paniculato ramofiffimo. *Mant. p.* 26. *Ard. fpec.* 2. *t.* 2.

Forskählii. 46. S. foliis lyrato-auriculatis, caule fubaphyllo, corollæ galea femibifida. *Mant. p.* 26.

Merjamia. 47. S. floribus verticillatis sessilibus, caule subnudo, foliis oblongis rugosis subcrenatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 10.

nutans. 48. S. foliis cordatis inæqualiter basi-excisis, caule nudo, spicis ante florescentiam cernuis. *Murr. comm. Goett.* 1751. *t.* 11.

abyssinica. 49. S. foliis cordato-ovatis rugosis erosis, bracteis integerrimis lævibus. *Suppl. p.* 88. *an distincta vere a nubia?*

triloba. 50. S. tomentosa, foliis petiolatis rugosissimis trilobis: lobo intermedio producto oblongo; lateralibus ovatis obtusis. *Suppl. p.* 88.

aurita. 51. S. villosa, foliis ovatis dentatis auriculatis, floribus verticillato-spicatis. *Suppl. p.* 88.

scabra. 52. S. scabra, foliis lyratis dentatis rugosis, caule paniculato ramoso. *Suppl. p.* 89.

runcinata. 53. S. scabra, foliis runcinato-pinnatifidis dentatis, floribus spicatis verticillatis. *Suppl. p.* 89.

japonica. 54. S. foliis bipinnatis glabris. *Thunb. fl. jap. p.* 22.

occidentalis. 55. S. foliis ovatis serratis, spicis laxis: bracteis cordatis subtrifloris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 14.

Pseudococcinea. 56. S. foliis ovatis acutis serratis oppositis villosis, racemo terminali verticillato. *Jacq. coll.* 2. *p.* 301. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 27.

tenella. 57. S. foliis cordatis, caule filiformi repente; spicis adscendentibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 14.

Spielmanni. 58. S. caule ramisque verticillo terminatis: flore medio erecto, ceteris horizontaliter patentibus. *Scop. del. ins.* 3. *p.* 31. *t.* 15.

rosæfolia. 60. S. foliis incanis pinnatis: pinnis serratis, calicibus ringentibus. *Smith. pl. ic. ined.* 1. *t.* 5.

40. COLLINSONIA. *Cor.* ringens labio inferiori multifido capillari. *Sem.* 1. maturum sæpius (*vel potius caps.* 1sperma.)

præcox. 1. C. glabra floribus lateralibus terminalibusque. *Hort. Clifs. t.* 5. *Planck. pl med. t.* 24.

C. 2.

fcabriuf-cula. 2. C. caule foliifque fubpilofis, floribus lateralibus terminalibufque. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 47.

ferotina. 3. C. panicula terminali ramofiffima. *Walt. flor. carol. p.* 65.

41. MORINA. *Cor.* inæqualis. *Cal. fructus* 1phyllus dentatus, *floris* bifidus. *Sem.* 1. fub calice floris.

perfica. 1. MORINA. *Tournef. it.* 3. *t. p.* 132.

SCIURIS. *Cor.* 2labiata. *Cal.* 5dentatus. *Filamenta* 5, *quorum* 3 fterilia. *Capf.* 5 coalitæ, 2valves, 1loculares, 1fpermæ.

aromatica. 1. SCIURIS. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 670. *t.* 272.

1287. GLOBBA. *Cor.* æqualis, trifida. *Cal.* fuperus, trifidus. *Capf.* 3locularis. *Sem.* plurima.

marantina. 1. Gl. fpica terminali erecta. *Mant. p.* 170.

nutans. 2. Gl. fpica terminali pendula. *Mant. p.* 170.

uviformis. 3. Gl. fpica laterali. *Rumpf amb.* 6. *t.* 69. *f.* 2.

japonica. 4. Gl. racemo terminali cernuo, foliis enfiformibus integris. *Thunb. fl. jap. p.* 23.

LITHOPHILA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 3petala. *Nectarium* 2phyllum.

mufcoides. 1. LITHOPHILA.

1353. THOUINIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus. *Antheræ* feffiles.

nutans. 1. Th. foliis ellipticis, paniculis axillaribus, floribus nutantibus. *Suppl. p.* 89. *an Chionanthus zeylanica.*

liguftrina. 2. Th. foliis lanceolatis, paniculis terminalibus, floribus erectis. *Swartz nov. pl. gen. & fp. p.* 15.

PENTAGLOSSUM. *Cor.* 4-5petala, calicis labio inserta. *Cal.* 1phyllus, infundibuliformis, 4-5-gonus: dentibus 4-5 filiformibus. *Caps.* calici inclusa, cylindrica, 1locularis, polysperma.

linifolium. 1. PENTAGLOSSUM. *Fol. lanceolato-linearia. Forsk. fl. æg. arab. p.* 11.

1354. ANCISTRUM. *Cal.* 4aristatus: aristis terminatis glochidibus cruciatis. *Cor.* 4petala. *Stigma* penicillatum.

Sanguisorbæ. 1. A. capitulo globoso foliis subtus canis. *Suppl. p.* 89. *Forst. char. gen. pl. t.* 2.

latebrosum. 2. A. floribus spicatis, foliis utrinque sericeis. *Retz. obs. bot.* 5. *p.* 2. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 32. *f.* 5.

ARUNA. *Cal.* 5partitus, reflexus, deciduus. *Cor.* 0. *Bacca* ovata, subcompressa, altero latere sulcata, 1locularis, 1-2-sperma.

gujanensis. 1. ARUNA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 16. *t.* 5.

1009. ORCHIS. *Nectarium* cornu referens pone florem. *Cor.* ringens.

* *corollæ galea calcarata.*

bicornis. 1. O. corollarum galea bicalcarata, labio quinquepartito. *Buxb. cent.* 3. *t.* 6. *Bulbi indivisi.*

carnea. 65. O. corollæ galea bicalcarata, bracteis erectis, bullis indivisis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 294.

biflora. 2. O. corollarum galea unicalcarata, alis patentibus, labio lanceolato acuminato. *Bulbi indivisi.*

cornuta. 3. O. corollarum galea unicalcarata, alis patentibus, labio lanceolato acuminato. *Bulbi indivisi.*

spatulata. 4. O. corollæ galea calcarata, labio cordato longissimo pedicellato. *Suppl. p.* 398. *Bulbi indivisi.*

flexicaulis. 5. O. scapo flexuoso, corollæ galea calcarata, petalis duobus lineatis furcatis. *Suppl. p.* 398. *Radix tuberosa.*

tripetaloides. 6. O. foliis lanceolatis, corollæ galea fornicata obtusa calcarata, nectario lanceolato minimo. *Suppl. p.* 398.

sagittalis. 7. O. corollæ galea calcarata biaurita, labio lanceolato. *Suppl. p.* 399.

barbata. 8. O. corollæ galea erecta calcarata, nectario subtrifido ciliato. *Suppl. p.* 399. *Bulbi indivisi.*

draconis. 9. O. corollæ galea calcarata, nectario lineari apice ovato. *Suppl. p.* 400. *Bulbi indivisi.*

tenella. 10. O. corollæ galea calcarata, basi conica, nectario lineari. *Suppl. p.* 400.

calcarata. 62. O. nectarii labio septemcalcarato (?): cornu longissimo. *Walt. flor. carol. p.* 220.

** *corollæ galea ecalcarata.*
† *bulbis indivisis.*

Susannæ. 11. O. nectariis alis amplioribus ciliatis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 287. *f.* 2.

ciliaris. 12. O. nectarii labio lanceolato ciliato: cornu longissimo.

bifolia. 13. O. nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longissimo, petalis patentibus. *Mant. p.* 485. *Fl. dan. t.* 235.

Ornithis. 14. O. nectarii labio subrotundo, cornu germine duplo longiori, petalis tribus exterioribus conniventibus, reliquis patentissimis. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 138.

flexuosa. 15. O. nectarii labio imbricato, petalis duobus occultatis filiformibus, scapo flexuoso.

lata. 63. O. nectarii labio integro lato revoluto, cornu sublongo tenui. *Walter flor. carol. p.* 220.

ophioglossoides. O. nectarii labio lanceolato integro, cornu brevi, floribus paniculatis. *Walt. flor. carol. p.* 220.

Vix distincta videtur hujus generis species Orchis *nigra*, *a* Scopoli *in a pibus tirolensibus inventa*, *et ann. hist. nat.* 2. *p.* 64. *notata floribus suaveolentibus ex atro rubris in spicam densam ovatam congestis dignoscenda.*

cucullata. 16. O. nectarii labio trifido, petalis confluentibus, caule nudo. *Gmel. fl. sib.* 1. *t.* 3. *f.* 2.

globosa. 17. O. nectarii labio resupinato trifido; media emarginata, cornu brevi, petalis apice subulatis. *Mant. p.* 484. *Jacq. flor. austr.* 3. *t.* 265.

pyramidalis. 18. O. nectarii labio bicorni trifido æquali integerrimo, cornu longo, petalis sublanceolatis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 226.

coriophora. 19. O. nectarii labio trifido reflexo crenato, cornu brevi, petalis conniventibus. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 122.

cubitalis. 20. O. nectarii labio filiformi trifido: intermedia ovata, cornu germinibus breviore.

Morio. 21. O. nectarii labio quadrifido crenulato, cornu obtuso adscendente, petalis obtusis conniventibus. *Fl. dan. t.* 253.

mascula. 22. O. nectarii labio quadrilobo crenulato, cornu obtuso, petalis dorsalibus, reflexis. *Flor. dan. t.* 457.

ustulata. 23. O. nectarii labio quadrifido punctis scabro, cornu obtuso, petalis distinctis. *Mant. p.* 485. *Fl. dan. t.* 103.

militaris. 24. O. nectarii labio quinquefido punctis scabro, cornu obtuso, petalis confluentibus. *Hall. hist. stirp. Helv. t.* 28. 31.

fusca. 25. O. nectarii labio quadrifido: laciniis oblongis, cornu brevi, petalis confluentibus. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 307.

variegata. 26. O. nectarii labio breviter quadrifido: lacinia media dilatata dentata, petalis erectis, spica brevissima. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *fasc.* 1. *t.* 21. *coll.* 2. *p.* 267.

moravica. 27. O. nectarii labio trifido: lacinia media subrotunda emarginata amplissima, petalis erectis conniventibus. *Jacq. ic. plant. rar. t.* 73.

papilionacea. 28. O. nectarii labio indiviso crenato emarginato ampliato, cornu subulato, petalis conniventibus.

rubra. 29. O. nectarii labio indiviso crenulato integro rotundato, cornu subulato, petalis patulis. *Jacq. ic. pl. rar. t.* 74.

pallens. 30. O. nectarii labio trifido integerrimo, cornu obtuso mediocri, petalis patentibus. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 45.

palustris. 31. O. nectarii labio trifido: laciniis lateralibus rotundatis; intermedia media emarginata petalis erectis. *Jacq. coll.* 1. *p.* 75.

hispidula. 32. O. culmo aphyllo, foliis reniformibus. *Suppl. p.* 401.

speciosa. 33. O. scapo folioso, foliis latis ovatis, labello quinquepartito: laciniis flexuosis. *Suppl. p.* 401.

longicornis. 60. O. nectarii labio trifido subcrenulato, cornu longo obtuso adscendente, petalis conniventibus. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 247.

elata. 61. O. nectarii labio obcordato denticulato, cornu longo pendulo. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 248.

†† *bulbis fibrosis.*

habenaria. 34. O. nectarii labio tripartito: lateralibus setaceis, cornu filiformi petalis decuplo longiore.

varia. 35. O. nectarii labio magno bilobo subrotundo. *Burm. amer. p.* 178. *t.* 183. *f.* 2.

††† *bulbis palmatis.*

latifolia. 36. O. bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio trilobo; lateralibus reflexis, bracteis flore longióribus. *Fl. dan. t.* 266.

cruenta. 40. O. nectarii cornu germine breviore, labio indiviso subcordato crenato, petalis dorsalibus patulis. *Flor. dan. t.* 876.

sambucina. 37. O. bulbis subpalmatis erectis, nectarii cornu conico, labio ovato subtrilobo, bracteis longitudine florum. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 108.

incarnata. 38. O. nectarii cornu conico, labio obscure trilobo serrato, petalis dorsalibus reflexis. *Seg. pl. verm. t.* 8. *f.* 5.

maculata. 39. O. bulbis patentibus, nectarii cornu germinibus breviore, labio plano, petalis dorsalibus erectis. *Mant.* 487. *Regnaut bot. t.* 353.

odoratissima. 41. O. nectarii cornu recurvo breviore, labio trilobo, foliis linearibus. *Mant. p.* 487. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 264.

conopsea. 42. O. nectarii cornu setaceo germinibus longiore, labio trifido, petalis duobus patentissimis. *Fl. dan. t.* 224.

flava. 43. O. nectarii cornu filiformi longitudine germinis, labio trifido integerrimo.

suaveolens. 44. O. spica ovata, floribus semisupinatis, nectarii labio semiovato bidentato, foliis linearibus. *Villars fl. delph.* 2. *p.* 38. *t.* 1. *f.* 1.

††††† *bulbis fasciculatis.*

fuscescens. 45. O. nectarii cornu longitudine germinis, labio ovato basi dentato. *Gmel. fl. sib.* 1. *t.* 4. *f.* 2.

strateumatica. 46. O. nectarii labio bilobo integerrimo, cornu longitudine germinis.

hyperborea. 47. O. nectarii cornu longitudine germinis, labio lineari integerrimis truncato. *Mant. p.* 121. *Retz. obs. bot.* 4. *t.* 3.

fimbriata. 66. O. nectarii cornu germinibus longiori: labio tripartito ciliari, petalis patentibus, foliis oblongis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 297.

abortiva. 48. O. bulbis filiformibus, nectarii labio ovato integerrimo, caule aphyllo. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 193.

††††† *bulbo solitario indiviso.*

monorrhiza. 49. O. nectarii labio tripartito: lateralibus setaceis, cornu lineari compresso germinis longitudine. *Swarts nov. gen. pl. p.* 118.

†††††† *bulbo nondum cognito.*

sancta. 50. O. nectarii labio lanceolato quinquedentato, cornu incurvo, petalis conniventibus.

psycodes. 51. O. nectarii cornu setaceo longitudine germinis, labio tripartito ciliari.

spectabilis. 52. O. nectarii cornu longitudine germinis, labio ovali emarginato, caule aphyllo, foliis ovalibus.

filicornis. 53. O. corollæ nectario bifido, cornu capillari. *Suppl. p.* 400.

tipuloides. 54. O. nectarii labio tripartito lineari subæquali, cornu filiformi longissimo. *Suppl. p.* 401.

japonica. 55. O. nectarii cornu recurvo, labio subulato integro. *Thunb. fl. jap. p.* 26.

falcata. 56. O. cornu filiformi longissimo, foliis ensiformi-canaliculatis falcatis. *Thunb. fl. jap. p.* 26.

aphylla. 57. O. foliis nullis floribus racemosis secundis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 156.

viridis. 58. O. scapo ramoso, floribus viridibus: nectarii labio intus papilloso. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 156.

batrachites. 59. O. nectarii cornu brevissimo, labio trifido: intermedia brevissima, lateralibus longis linearibus, bracteis flore paulo longioribus. *Schranck bair. Reis. p.* 86. *Radin. dichotom. an distincta hujus generis species ?*

1010. SATYRIUM. *Nectarium* scrotiforme s. inflato-didymum pone florem.

hircinum. 1. S. bulbis indivisis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido: intermedia lineari obliqua præmorsa. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 367.

triste. 2. S. bulbis indivisis, galea unicalcarata, labello integro. *Suppl. p.* 402.

tabulare. 3. S. bulbis rotundis, caule folioso, labello trifido: lacinia emarginata. *Suppl. p.* 402.

giganteum. 4. S. bulbis rotundis, caule nudo, labello sagittato. *Suppl. p.* 402.

aculeatum. 5. S. bulbis rotundis, caule folioso, labello integro inermi aculeato. *Suppl. p.* 402.

viride. 6. S. bulbis palmatis, foliis oblongis obtusis, nectarii labio lineari trifido: intermedia obsoleta. *Flor. dan. t.* 77.

nigrum. 7. S. bulbis palmatis, foliis linearibus, nectarii labio resupinato indiviso. *Mant. p.* 488. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 368.

albidum. 8. S. bulbis fasciculatis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido acuto: intermedia obtusa. *Flor. dan. t.* 115.

Epipogium. 9. S. bulbis compressis dentatis, caule vaginato, nectarii labio resupinato indiviso. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 84.

plantagineum. 10. S. bulbis filiformibus, caule glaberrimo, foliis ovatis petiolatis vaginantibus, nectarii cornu incrassato, labio bilobo medio acuminato. *Jacq. stirp. amer. pict.* 2. *t.* 108.

repens. 11. S. bulbis fibrosis, foliis ovatis radicalibus, floribus secundis. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 369.

capense. 12. S. nectarii labio latiore obtuso emarginato utrinque undulato.

hians. 13. S. corollæ galea calcarata hiante, nectario ovato, foliis linearibus radicalibus. *Suppl. p.* 401.

orobanchoides. 14. S. corollæ galea posterius biloba subbicornuta, foliis bifariis. *Suppl. p.* 402.

pedicellatum. 15. S. scapo subnudo, racemo pedicellis filiformibus laxis. *Suppl. p.* 402.

hirtellum. 16. S. bulbis filiformibus, caule hirsuto, foliis ovatis trinerviis petiolatis vaginantibus, nectario cornuto: labio trilobo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 118.

adnatum. 17. S. bulbis fasciculatis, foliis radicalibus oblongis: petiolis longissimis, scapo vaginato, nectario cornuto adnato: labio deflexo bilobo emarginato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 118.

orchioides. 18. S. bulbis fasciculatis oblongis, foliis lato-lanceolatis, scapo vaginato, nectario cornuto: labio lanceolato acuminato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 118.

spirale. 19. S. bulbis fasciculatis oblongis, foliis linearibus, scapo vaginato, floribus spirali-secundis: labio trilobo; medio majori crenulato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 118.

elatum. 20. S. bulbis fasciculatis crassis tomentosis, foliis radicalibus ovatis petiolatis, caule subnudo, nectario subtrilobo. *Plum. ic.* 190.

1001. OPHRYS. *Nectarium* subtus subcarinatum.

* *bulbis ramosis.*

Nidus avis. 1. O. bulbis fibroso-fasciculatis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio bifido. *Mant. p.* 448. *Fl. dan. t.* 181.

Corallorhiza. 2. O. bulbis ramosis flexuosis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio trifido. *Flor. dan. t.* 451.

spiralis. 3. O. bulbis aggregatis oblongis, caule subfolioso, floribus spirali-secundis: nectarii labio indiviso crenulato. *Flor. dan. t.* 387.

cernua. 4. O. bulbis fasciculatis, caule folioso, floribus cernuis: nectarii labio oblongo integro acuto.

squamata. 5. O. bulbis fasciculatis, scapo elongato aphyllo subspicato, foliis radicalibus imbricatis oblongis acutis carinatis, nectarii labio trifido barbato deflexo. *Forst. fl. austr. p.* 59. *an hujus generis ?*

ovata. 6. O. bulbo fibroso, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido. *Flor. dan. t.* 137. *Curt. flor. Lond. t.* 177.

cordata. 7. O. bulbo fibroso, caule bifolio, foliis cordatis. *Haller hist. stirp. Helv. t.* 22. *f.* 4.

catholica. 8. O. bulbis fibrosis, floribus tripetalis: galea ventricosa magna, labio cruciato, scapo folioso. *Buxb. cent.* 3. *t.* 21.

peruviana. 10. O. bulbis filiformibus, foliis caulinis ovatis petiolatis vaginatis, nectarii labio integro. *Burm. amer. p.* 178. *t.* 183. *f.* 1.

gujanensis. 11. O. bulbis filiformibus, petalis ternis majoribus reniformibus bilobis undatis. *Burm. amer. p.* 177. *t.* 182. *f.* 2.

trifolia. 34. O. bulbis fasciculatis, foliis radicalibus ovatis, nectarii labio integro lato subtriangulari. *Walt. flor. carol. p.* 221.

fimbriata. 35. O. bulbis fibrosis, caule folioso, nectarii labio indiviso fimbriato. *Walt. flor. carol. p.* 221.

** *bulbis indivisis.*

lilifolia. 12. O. bulbo subrotundo, scapo nudo, foliis lanceolatis, nectarii labio integro, petalis dorsalibus linearibus. *Ehret act. angl.* 1764. *t.* 4.

Loeselii. 13. O. bulbo subrotundo, scapo nudo trigono, nectarii labio ovato. *Loes. fl. pruss. t.* 58.

paludosa. 14. O. bulbo subrotundo, scapo subnudo pentagono, foliis apice scabris, nectarii labio integro. *Flor. dan.* 877.

monophyllos. 15. O. bulbo rotundo, scapo nudo, folio ovato, nectario integro. *Hall. hist. stirp. Helv. t.* 36.

alata. 16. O. bulbis rotundis, caule folioso, foliis lanceolatis, labello trifido: lacinia media brevissima. *Suppl. p.* 404.

myodes. 17. O. bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio oblongo quadripartito: laciniis duabus mediis elongatis lanceolatis. *Jacq. ic. rar. t.* 71. *β*) *Curt. flor. Lond. t.* 13.

arachnites. 18. O. bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio lato emarginato appendiculato. *Hall. hist. stirp. Helv. t.* 24.

Monorchis. 19. O. bulbo globoso, scapo nudo, nectarii labio trifido cruciato. *Flor. dan. t.* 102.

anthropophora. 20. O. bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio lineari tripartito, medio elongato bifido. *Hall. hist. stirp. Helv. t.* 23.

crucigera. 21. O. bulbis subrotundis, scapo folioso, nectarii labio indiviso convexo cruce insignito. *Jacq. ic. pl. rar. t.* 72.

Volucris. 22. O. bulbis subrotundis, labro triangulari sagittato. *Suppl. p.* 403.

bracteata. 23. O. bulbis subrotundis, spica bracteis longioribus mixta, labio trilobo. *Suppl. p.* 403.

unifolia. 24. O. bulbo ovato, scapo tereti vaginato, folio tereti fistuloso reflexo, medio pertuso. *Forst. fl. austr. p.* 59.

alpina. 25. O. bulbis ovatis, scapo nudo, foliis subulatis, nectarii labio indiviso obtuso utrinque unidentato. *Flor. dan. t.* 452.

circumflexa. 26. O. floribus tripetalis: alis emarginatis, labio trifido, lateralibus circumflexis. *Buxb. cent.* 3. *t.* 13.

barbata. 36. O. petalis ovatis, nectarii labio indiviso: apice dilatato truncato, supra ad medium barba colorata. *Walt. flor. carol. p.* 221.

*** *bulbis incognitis.*

camtschatcea. 27. O. scapo filiformi vaginato, racemo laxo, nectarii labio lineari bifido. *Amœn. acad. t.* 4. *f.* 24.

atrata. 28. O. florum cucullo staminifero bicorni. *Mant. p.* 121.

caffra. 29. O. nectarii labio reniformi latissimo emarginato.

bivalvata. 30. O. floribus fasciculatis, labio lanceolato. *Suppl. p.* 403.

alaris. 31. O. nectarii labio integro undato. *Suppl. p.* 404.

patens. 32. O. foliis subalatis, nectarii labio brevissimo capillari. *Suppl. p.* 404.

nervosa. 33. O. scapo nudo angulato, foliis ovatis nervosis, nectarii labio integro reflexo. *Thunb. fl. jap. p.* 27.

MALAXIS. *Nectarium* 1phyllum, concavum, cordatum, posterius acuminatum, anterius 2fidum, *genitalia* in medio fovens.

spicata. 1. M. scapo quadrangulari, floribus spicatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 119.

umbelliflora. 2. M. scapo quinquangulari, floribus umbellatis. *Swarts nov. pl. gen. & spec. p.* 119.

1012. SERAPIAS. *Cor.* patens 6petala. *Nectarium* ovatum gibbum: labio ovato. *Capſ.* infera, 1locularis, 3valvis, feneſtrata.

* *bulbis fibroſis.*

latifolia. 1. S. foliis ovatis amplexicaulibus, floribus pendulis. *Fl. dan. t.* 811.

longifolia. 2. S. foliis enſiformibus ſeſſilibus, floribus pendulis. *Hall. ſtirp. Helv. hiſt. t.* 39.

enſifolia. 3. S. foliis enſiformibus diſtichis, bracteis minutiſſimis, floribus erectis: nectarii labio obtuſo, petalis breviore. *Suppl. p.* 404. *Flor. dan. t.* 506.

lancifolia. 4. S. foliis ovato-lanceolatis, bracteis longitudine capſulæ, floribus erectis, nectarii labio obtuſo petalis breviore. *Suppl. p.* 404. *Ehrh. phytoph. n.* 57. Lonchophyllum.

rubra. 5. S. foliis enſiformibus, floribus erectis: nectarii labio acuto. *Flor. dan. t.* 345.

polyſtachya. 6. S. caule ſubdiviſo geniculato, foliis oblongo-lanceolatis, racemo compoſito terminali, nectarii labio ovato recurvato. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 119.

flava. 7. S. caule ſubdiviſo geniculato, foliis oblongo-lanceolatis, racemis compoſitis axillaribus, nectarii labio erecto acuminato. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 119.

regularis. 8. S. bulbis ovatis, foliis vaginantibus enſiformibus carinatis, ſcapo erecto ſpicato: corollis hexapetalis. *G. Forſt. fl. auſtr. p.* 59. *J. R. Forſt. char. gen. pl. t.* 49.

Caravata. 9. S. caule ſimplici erecto, foliis lanceolatis piloſis nervoſis, ſpicis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 816. *t.* 320.

Neottia. 10. S. foliis lanceolatis, floribus ſeſſilibus ſecundis: nectarii labio emarginato ſubrotundo erecto. *Plum. ic. t.* 190.

ſpecioſa. 11. S. foliis lanceolatis undulatis, floribus ſubſeſſilibus erectis: nectarii labio lanceolato acuminato indiviſo. *Jacq. collect.* 3. *p.* 174.

** *bulbis ſubrotundis.*

Lingua. 12. S. nectarii labio trifido acuminato glabro petalis longiore. *Columm. ecphr.* 2. *t.* 322.

cordigera. 13. S. nectarii labio trifido acuminato maximo basi barbato. *Rudb. elys.* 2. *p.* 204. *f.* 20.

*** *bulbis incognitis.*

capensis. 14. S. foliis conduplicato-ensiformibus, caule superne nudiusculo, vaginis spathaceis. *Mant.* *p.* 293.

erecta. 15. S. foliis ovatis amplexicaulibus, floribus erectis. *Thunb. fl. jap. p.* 27.

falcata. 16. S. foliis ensiformibus convolutis falcatis, floribus erectis. *Thunb. fl. jap. p.* 28.

1013. LIMODORUM. *Nectarium* monophyllum, concavum, pedicellatum, intra petalum infimum.

tuberosum. 1. L. floribus sessilibus, scapis subsimplicibus. *Mart. cent.* *t.* 50.

altum. 2. L. floribus pedunculatis, scapis paniculatis. *Plum. ic.* 189.

striatum. 3. L. scapo angulato glabro, foliis ensiformibus nervosis, petalis lanceolatis: labio oblongo plano. *Thunb. fl. jap. p.* 28.

ensatum. 4. L. scapo tereti lævi, foliis ensiformibus striatis, petalis lanceolatis glabris: labio recurvo latiore. *Thunb. fl. jap. p.* 29. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 596. *n.* 26. Epidendrum ensifolium.

utriculatum. 5. L. radice tuberosa, foliis radicalibus geminis vaginatis: vagina radicali inflata, scapo vaginato, floribus sessilibus. *Svarts nov. pl. gen. & sp. p.* 119.

grandiflorum. 6. L. radice tuberosa, foliis subquaternis, floribus terminalibus subternis amplissimis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 818. *t.* 321.

gentianoides. 7. L. aphyllum, radice tuberosa, caule vaginato, floribus pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.*119. *an hujus generis?*

Tancarvillæa. 8. L. floribus racemosis imberbibus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 307. *t.* 12.

pendulum. 9. L. radice fibrosa, caulibus simplicibus longissimis, foliis amplexicaulibus, floribus axillaribus solitariis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 819. *t.* 322.

præcox. 10. L. radicibus fibrosis, foliis ensiformibus spica florum serie simplici spirali, nectario sessili. *Walt. flor. carol. p.* 221.

auctumnale. 11. L. caule folioso bracteisque pubescentibus, spica florum serie duplici spirali. *Walter flor. carol. p.* 221.

1014. ARETHUSA. *Nectarium* tubulosum intra corollæ fundum: labio inferiori stilo adnato.

bulbosa. 1. A. radice globosa, scapo vaginato, spatha diphylla. *Pluckn. mant. t.* 348. *f.* 7.

ophioglossoides. 2. A. radice fibrosa, scapi folio ovali, foliolo spathaceo lanceolato. *Pluckn. alm. t.* 93. *f.* 2.

divaricata. 3. A. radice subpalmata, scapi folio folioloque spathaceo-lanceolatis, petalis exterioribus adscendentibus. *Catesb. Car.* 1. *t.* 58.

capensis. 4. A. bulbo rotundo, caule dyphyllo simplici unifloro. *Suppl. p.* 405.

villosa. 5. A. pubescens, bulbo rotundo, foliis ovatis ciliatis. *Suppl. p.* 405.

ciliaris. 6. A. radice carnosa, folio reniformi orbiculato, labio ciliari. *Suppl. p.* 405. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 590. *n.* 20, Orchis burmanniana.

biplumata. 7. A. scapo vaginato, spatha cucullata, petalis duobus inferioribus elongatis superiore latere barbatis. *Suppl. p.* 405. *Smith pl. ic. ined.* 1. *t.* 23.

racemosa. 8. A. radice tuberosa bipartita, foliis radicalibus ovatis nervosis, scapo subnudo, floribus racemosis alternis pedicellatis. *Walt. flor. carol. p.* 222.

spicata. 9. A. radice tuberosa, scapo aphyllo, floribus sessilibus alternis spicatis. *Walt. flor. carol. p.* 222.

foliosa. 10. A. radice bulbosa, caule folioso unifloro, foliis alternis nervosis, capsula sexangulari. *Walt. flor. carol. p.* 223.

CRANICHIS. *Nectarium* galeatum.

aphylla. 1. Cr. bulbis fasciculatis teretibus acutis, scapo subnudo, petalis conniventibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 120.

oligantha. 2. Cr. bulbis fasciculatis clavatis, foliis petiolatis oblongis acuminatis nitidis, scapo subnudo, spica filiformi: petalis conniventibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 120.

diphylla. 3. Cr. bulbis fasciculatis filiformibus nudis, foliis petiolatis cordatis acuminatis geminis, scapo subnudo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 120.

stachyodes. 4. Cr. bulbis fasciculatis teretibus obtusis, foliis petiolatis ovatis acuminatis, scapo vaginato, spica tereti: petalis revolutis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 120.

muscosa. 5. Cr. bulbis filiformibus fasciculatis tomentosis, foliis radicalibus petiolatis ovatis, caulinis vaginatis, nectario intus punctato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 120.

1423. DISA. *Spatha* 2valvis. Petala 3: tertium minus bipartitum, basi gibbosum.

grandiflora. 1. D. cornu petalis breviore, caule subbifloro. *Suppl. p.* 406. *Berg. cap. t.* 4. *f.* 7.

racemosa. 2. D. cornu petalis breviore, floribus racemosis. *Suppl. p.* 406.

longicornis. 3. D. cornu petalis longiore, scapo unifloro. *Suppl. p.* 406.

maculata. 4. D. cornu conico brevissimo, scapo unifloro. *Suppl. p.* 407.

1015. CYPRIPEDIUM. *Nectarium* ventricosum, inflatum, cavum.

Calceolus. 1. C. radicibus fibrosis, foliis ovato-lanceolatis caulinis alternis. *Mill. ic. t.* 242.

album. 2. C. radicibus fibrosis, caule multifloro, foliis caulinis ovato-lanceolatis, petalis obtusis. *Pluckn. mant. t.* 418. *f.* 3.

açaule. 3. C. radicibus fibrosis, foliis oblongis radicalibus. *Pluckn. mant. t.* 418. *f.* 1.

bulbosum. 4. C. bulbo subrotundo, folio subrotundo radicali. *Flor. lapp. t.* 1. *f.* 5.

japonicum. 5. C. foliis caulinis subrotundis sub oppositis nervosis. *Thunb. fl. jap. p.* 30.

1016. EPIDENDRUM. *Cor.* 6petala. *Nectarium* turbinatum, obliquum reflexum. *Caps.* infera, 1locularis, 3valvis, fenestrata.

* *caule scandente.*

Vanilla. 1. E. foliis ovato oblongis nervosis sessilibus caulinis, cirris spiralibus. *Catesb. Car.* 3. *t.* 7.

Flos aeris. 2. E. caule terete subramoso, foliis lanceolatis, petalis linearibus obtusis. *Kaempf. amoen. ex t.* 869. *f.* 1.

claviculatum. 32. E. caule tereti ramoso, foliis sessilibus semiamplexicaulibus acutis concavis recurvis rigidis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 224. *f.* 3. 4.

** *caule erecto.*

tenuifolium. 3. E. foliis caulinis subulatis canaliculatis. *Rheed. h. mal.* 12. *t.* 5.

spatulatum. 4. E. foliis caulinis oblongis alternis obtusis aveniis, nectarii labio bifido divaricato. *Plum. ic. t.* 180. *f.* 2.

fulvum. 5. E. foliis imbricatis lanceolatis, racemis axillaribus. *Rumpf amb.* 6. *t.* 46. *f.* 1.

coccineum. 6. E. foliis caulinis ensiformibus obtusis, pedunculis unifloris axillaribus confertis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 205.

secundum. 7. E. foliis caulinis oblongis, spicis secundis, nectarii tubo longitudine corollae. *Jacq. stirp. am. pict. t.* 209.

lineare. 8. E. foliis caulinis linearibus obtusis emarginatis, caule simplici. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 201.

punctatum. 9. E. foliis lanceolatis nervosis: vaginis imbricatis, scapo paniculato corollisque punctatis. *Plum. ic.* 187.

caudatum. 10. E. foliis lanceolatis nervosis, scapo paniculato, petalis maculatis caudatis: duobus longissimis. *Plum. ic.* 177.

ovatum. 11. E. foliis caulinis ovatis acutis amplexicaulibus nervosis, scapis paniculatis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 51. *f.* 2.

ramosum. 33. E. caule ramosissimo suffrutescenti, foliis linearibus emarginatis, racemis terminalibus compressis. *Jacq. stirp. amer. t.* 132.

nutans. 34. E. caule simplici, foliis ovato-lanceolatis enerviis amplexi-caulibus, spica terminali nutante: labio nectarii trilobo; intermedio tridentato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

graminoides. 35. E. caule compresso multifloro, foliis undique imbricatis distichis remotis linearibus, pedunculis longioribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 125.

vomeriforme. 36. E. foliis bulbo innatis ovato-acuminatis convexis canaliculatis subtus triquetris, pedunculis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

vestitum. 37. E. caule aphyllo undique vaginis imbricato tereti usculo bulbifero, folio bulbis innato, floribus confertis e vaginis caulinis. *Swarts nov. plant. gen. & sp. p.* 124.

proliferum. 38. E. foliis distichis subimbricatis ovatis, bulbis e vaginis foliorum, diphyllis, floribus axillaribus sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

glacocum. 39. E. caule compresso erectiusculo multifloro, foliis undique imbricatis distichis lato-lanceolatis glaberrimis subtus glaucis, capsulis nudis. *Swarts nov. pl. gen. & spec. p.* 124.

triste. 76. E. foliis teretibus cylindricis inanibus, pedunculis oppositifoliis corymbosis, nectarii labio integro spatulato cordato. *Forst. fl. austr. p.* 60.

crispatum. 77. E. foliis caulinis teretibus filiformibus subincurvis inanibus sessilibus, racemo simplicissimo, nectarii labio lacinia media revoluta undulato-crenata. *Forst. fl. austr. p.* 60.

equitans. 78. E. foliis ensiformibus compressis carinatis equitantibus acuminatis, scapo nudo, racemo spicato nutante filiformi. *Forst. fl. austr. p.* 60.

Myosuros. 79. E. foliis basi vaginantibus oblique divaricatis linearibus obtusis canaliculatis, scapo nudo, racemo spicato nutante filiformi. *Forst. fl. austr. p.* 60.

biflorum. 80. E. foliis distichis lineari-lanceolatis acutis, pedunculis bifloris solitariis, nectarii labio trifido acuminato. *Forst. fl. austr. p.* 60.

auctumnale. 81. E. foliis caulinis lanceolatis nervosis confertis vaginantibus, pedunculis terminalibus squamatis paniculatis, nectarii labio erecto retuso. *Forst. fl. austr. p.* 60.

resupinatum. 82. E. foliis caulinis petiolatis ovatis acuminatis integerrimis plicato carinatis, racemo simplici spicato: floribus resupinatis; nectarii labio dentato. *Rheed. h. mal.* 12. *t.* 27.

ciliare. 12. E. foliis oblongis aveniis, nectarii labio tripartito ciliato: intermedia lineari, caule bifolio. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 209.

nocturnum. 13. E. foliis oblongis aveniis, nectarii labio tripartito integerrimo: intermedia lineari, caule multifolio. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 210.

cucullatum. 14. foliis subulatis, scapo unifloro, nectarii labio ovato ciliato acuminato, petalis elongatis. *Plum. ic.* 179. *f.* 1.

umbelliferum. 40. E. caule simplici, foliis ovatis emarginatis amplexicaulibus aveniis, floribus terminalibus umbellatis. *Jacq. stirp. amer. t.* 136?

anceps. 41. E. foliis cordato-lanceolatis amplexicaulibus horizontalibus, racemo terminali compresso ancipiti subflexuoso: floribus distichis; petalis interioribus capillaribus, labio trilobo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

rigidum. 42. E. foliis oblongis obtusis vaginantibus, racemo compresso terminali ancipiti: floribus distichis spathas superantibus, labio integro cordato-ovato acuto. *Jacq. stirp. am. t.* 134.

diffusum. 43. E. foliis oblongis amplexicaulibus, caule ancipiti, panicula terminali ramosissima diffusa: labio integro acuminato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

montanum. 44. E. foliis lanceolatis planis recurvis patentibus submembranaceis, racemo terminali simplici: floribus secundis; labio trifido. *Swarts nov. pl. gen. & spec. p.* 121.

ferrulatum. 45. E. caulibus aggregatis subdiphyllis, foliis lanceolatis carinatis serrulatis, racemo terminali: floribus distichis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

teretifolium. 46. E. foliis semiteretibus, caule unifloro, labio apice triquetro. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

gobosum. 47. E. foliis teretibus canaliculatis, floribus terminalibus subsolitariis: labio ovato acuto, capsulis globosis. *Jacq. stirp. am. t.* 133. *f.* 1.

*** *caule repente.*

teres. 15. E. caule vaginato decumbente, foliis teretibus. *Thunb. fl. jap. p.* 30.

sertularioides. 48. E. caule filiformi articulato, foliis lanceolatis, pedunculis unifloris e vaginis radicalibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 122.

testæfolium. 49. E. foliis incumbentibus ellipticis convexo-concavis carinatis, floribus sub foliis sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 122.

polybulbon. 50. E. caule bulbifero, bulbis diphyllis unifloris, flore pedunculato: labio cordato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

echinocarpon. 51. E. caule compresso decumbente unifloro, foliis undique imbricatis distichis ovatis, capsulis muricatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

trichocarpon. 52. E. caule compresso tereti radicante, foliis undique imbricatis distichis linearibus, capsulis tomentosis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

umbellatum. 83. E. stolonibus repentibus, foliis ovalibus carnosis petiolatis: petiolis infixis apophysibus ovato-angulosis, scapo radiato, umbella simplici unilaterali: petalis infimis elongatis. *Forst. fl. austr. p.* 61.

elongatum. 91. E. caulibus teretibus erectis foliosis, foliis integerrimis patentissimis, floribus spicatis terminalibus sessilibus *Jacq. collect.* 3. *p.* 260.

**** *scapo nudo, foliis radicalibus.*

nodosum. 16. E. folio unico subradicali, spadice subquadriflora. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 213.

angustifolium. 53. E. folio lineari bulbo innato, scapo paniculato. *Swarts nov. pl. gen. & sp.* 123.

fragrans. 54. E. folio lato-lanceolato enervi bulbo innato, scapo multifloro abbreviato, labio cordato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

Clypeolus. 84. E. folio radicali subrotundo-cordato basi cucullato apice reflexo acuto, scapo erectiusculo racemoso, nectarii labio orbiculato emarginato maximo. *Forst. fl. austr. p.* 61.

Fasciola. 85. E. foliis radicantibus parasiticis fasciculatis linearibus undulatis, scapis pluribus racemosis, nectarii labio calceiformi calcarato. *Forst. fl. austr. p.* 60.

sanguineum. 55. E. foliis geminis oblongis bulbo innatis scapo multifloro subflexuoso, labio subrotundo undulato emarginato, cornu adnato. *Sloan. hist. jam.* 1. *p.* 121. *f.* 2.

palmifolium. 56. E. foliis lato-lanceolatis nervosis membranaceis bulbo innatis, pedunculis radicalibus vaginatis multifloris, nectario cymbiformi integro reflexo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

altissimum. 57. E. foliis lanceolatis bulbis innatis, scapo ramosissimo sarmentoso, petalis oblongo-lanceolatis acutis, labio obcordato longioribus. *Jacq. stirp. am. t.* 141.

labiatum. 58. E. foliis oblongis, bulbo medio solitario monophyllo, scapis paucifloris, labio oblongo corpusculo carnoso superne adnato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

undulatum. 59. E. foliis ellipticis acutis, scapo sarmentoso ramosissimo, petalis ovatis unguiculatis obtusis, labio dilatato emarginato undulato. *Plum. ic.* 178. *f.* 3. *Jacq. stirp. am. t.* 133. *f.* 4?

variegatum. 60. E. foliis lanceolatis carinatis canaliculatis margine cartilagineo-serratis: vaginis imbricatis, racemo simplici, labio cruciato bilobo. *Jacq. am. stirp. t.* 132?

utricularioides. 61. E. foliis lanceolatis lineatis planis, scapo paniculato, labio magno cordato, cornu brevissimo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 122.

triquetrum. 62. E. foliis triquetris cultratis apice compressis lanceolatis acutis, scapo simplici, labio cordato-ovato: lateribus emarginatis. *Swarts n. gen. & sp. pl. p.* 122.

sessile. 63. E. foliis basi compressis superne latioribus lanceolato-linearibus obtusis aveniis, pedunculis radicalibus brevissimis unifloris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 122.

flabelliforme. 64. E. foliis basi compressis superne dilatatis ovato-lanceolatis acutis planis nervosis, pedunculis unifloris elongatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

subulatum. 65. E. foliis subulatis falcatis, pedunculis vaginatis radicalibus multifloris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

satyrioides. 62. E. foliis subulato-teretibus, scapo paucifloro, corollis anterius basi ventricosis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

tribuloides. 63. E. foliis petiolatis lanceolatis obtusis emarginatis, pedunculis brevissimis, capsulis globosis echinatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

corniculatum. 64. E. foliis petiolatis cuneatis oblongis, pedunculis radicalibus unifloris, corollis acuminatis curvis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

Lanceola. 65. E. foliis petiolatis lanceolatis, pedunculis ex vaginis radicalibus bifloris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

tetrapetalum. 86. E. foliis subulatis carinatis, racemo simplici: corollis subtetrapetalis. *Jacq. stirp. amer. p.* 280. *t.* 142.

minutum. 87. E. foliis lanceolatis trinerviis, racemo composito, floribus minutis. *Burm. amer. p.* 180. *t.* 185. *f.* 1.

bifidum. 88. E. foliis lanceolatis aveniis, petalis oblongis, nectarii labio reniformi bifido. *Burm. amer. p.* 181. *t.* 186. *f.* 1.

maculatum. 89. E. foliis lanceolatis carinatis, petalis reniformibus undatis maculatis, nectarii labio glabro. *Burm. amer. p.* 173. *t.* 178. *f.* 2.

minimum. 90. E. foliis lanceolatis scapum æquantibus. *Sloan. hist. jam.* 1. *p.* 251. *t.* 148. *f.* 3.

carinatum. 17. E. foliis oblongis obtusis compressis articulatis. *Pet. gaz. t.* 44. *f.* 10.

aloifolium. 18. E. foliis radicalibus oblongis obtusis superne latioribus. *Rheed. h. malab.* 12. *t.* 8.

guttatum. 19. E. foliis radicalibus lanceolatis canaliculatis, petalis cuneiformibus retusis. *Sloan. jam.* 1. *t.* 148. *f.* 2.

juncifolium. 20. E. foliis subulatis sulcatis, scapo petalisque punctatis, labio immaculato dilatato. *Plum. ic.* 184. *f.* 2.

scriptum. 21. E. foliis ovato-oblongis, trinerviis, floribus recemosis maculatis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 42.

retusum. 22. E. foliis radicalibus linearibus apice bifariam retusis, floribus racemosis maculatis. *Rheed. h. malab.* 13. *t.* 1.

amabile. 23. E. foliis radicalibus lato-lanceolatis aveniis, petalis lateralibus orbiculatis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 43.

cochleatum. 24. E. foliis oblongis geminis glabris striatis bulbo innatis, scapo multifloro, nectario cordato. *Catesb. car.* 2. *t.* 88. *Jacq. collect.* 3. *p.* 214.

tuberosum. 25. E. foliis lato-lanceolatis nervosis membranaceis bulbo innatis, scapo vaginato, nectario cymbiformi bifido. *Plum. ic.* 186. *f.* 2.

pusillum. 26. E. foliis ensiformibus subcarnosis, scapo paucifloro. *Mant. p.* 491.

capense. 27. E. foliis imbricatis bifariis linearibus obtusis, floribus secundis: cornu longissimo. *Suppl. p.* 407.

moniliforme. 28. E. caule tereti articulato striato moniliformi nudo simplicissimo, foliis linearibus acutis. *Kaempf. amœn. ex. t.* 864.

***** *caule unifolio.*

ophioglossoides. 29. E. folio oblongo, floribus racemosis secundis trigonis. *Jacq. stirp. amer. pict. t. 211.*

ruscifolium. 30. E. floribus in sinu folii aggregatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t. 212.*

graminifolium. 31. E. caule unifolio, floribus e sinu folii geminis. *Plum. ic. 176. f. 1.*

micranthum. 66. E. folio lato-lanceolato, racemo longissimo filiformi, floribus secundis subrotundis hexagonis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 125.*

racemiflorum. 67. E. folio ovato, racemo foliis longiore, floribus secundis: petalis interioribus ovatis *Swarts nov. pl. & sp. p. 125.*

alpestre. 68. E. folio ovato-lanceolato, racemis laxis, capsularum carinis muricatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 125.*

laxum. 69. E. folio oblongo, racemo longitudine foliorum, petalis interioribus subulatis, labio ovato, capsulis nudis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 125.*

ovale. 70. E. folio ovato-acuminato, racemo adpresso multifloro, petalis subrotundis: interioribus anterius basi remotis, capsulis pedicellatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 125*

pulchellum. 71. E. folio subrotundo-acuto, racemo laxo paucifloro, petalis acuminatis ciliatis: interioris apice decussatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 125.*

tridentatum. 72. E. folio ovato-acuto apice tridentato, racemo multifloro, floribus triquetris acuminatis, petalis nectari erectis incurvis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 125*

cochleariifolium. 73. E. folio orbiculato convexo concavo, racemo paucifloro. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 126.*

****** *Aphylla.*

funale. 74. E. filiforme radicans pedunculo bifloro, labio bilobo, cornu longissimo subulato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 126.*

filiforme. 75. E. filiforme radicans, pedunculis subtrifloris, labio ovato, cornu brevissimo apice capitato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 126.*

1424. FORSTERA. *Cal.* duplex : *exterior* inferus 3phyllus, *interior* superus 6fidus. *Cor.* tubulosa. *Bacca* infera, 1locularis, 1sperma.

sedifolia. 1. FORSTERA. *Suppl. p.* 407. *Forster n. act. Ups.* 3. *t.* 9. *Gaertn. de fr. & sem. cent* 2. *t.* 28. *f.* 6.

1037. ANGURIA. ♂. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. ♀. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Pomum* inferum 2loculare, polyspermum.

trilobata. 1. A. foliis trilobis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 234.
pedata. 2. A. foliis pedatis serratis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 233.
trifoliata. 3. A. foliis ternatis integerrimis. *Plum. amer. t.* 99.

1038. LEMNA. ♂. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* 0. ♀. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* 0. *Stilus* 1. *Caps.* 1-2locularis, 1-2-sperma.

trisulca. 1. L. foliis petiolatis lanceolatis. *Mich. n. plant. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 5.
minor. 2. L. foliis sessilibus utrinque planiusculis, radicibus solitariis. *Blackw. herb. t.* 380. *nonne cum reliquis speciebus ad cryptogamos releganda, quibus quippe omnibus vere semina deesse videntur?*
gibba. 3. L. foliis sessilibus subtus hemisphæricis, radicibus solitariis. *Mich. n. pl. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 2.
polyrhiza. 4. L. foliis sessilibus, radicibus confertis. *Mich. n. gen. pl.* 16. *t.* 11. *f.* 1.
arhiza. 5. L. foliis geminis eradicatis. *Mant.* 294. *Mich. n. pl. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 4. *an merum polyrhizæ rudimentum?*

COSARIA. *Cal.* communis 1phyllus, carnosus 10fidus. *Receptaculum* planum. *Flores* conferti.
♂. *Cor.* conico-truncata. *Filam.* corolla longiora.
♀. *Cor.* conico-truncata clausa. *Stigma* acutum. *Bacca.* *Sem.* ovato-trigona.

Forskåhlii. 1. COSARIA. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 164.

1099. CECROPIA. ♂. *Spatha* caduca. *Amenta* imbricata squamis turbinatis subtetragonis. *Cor.* o.
♀. *Germina* imbricata. *Stilus* 1. *Stigma* lacerum. *Bacca* 1sperma: reliqua ut in ♂.

peltata. 1. CECROPIA. *Mant.* 499. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 262. *f.* 66.

OMPHALEA. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Anther.* apice columnæ insidentes.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Stigm.* 3fidum. *Caps.* carnosa, 3locularis.

axillaris. 1. O. racemis axillaribus, foliis distichis acuminatis nitidis: petiolis brevissimis, stipulis mucronatis, caule fruticoso. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 95.

cauliflora. 2. O. racemis caulinis basi squamosis, foliis distichis oblongis acutis nitidis, caule arborescente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 95.

cordata. 3. O. racemis compositis foliosis terminalibus, foliis sparsis cordatis subtus villosis basi biglandulosis, caule scandente. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 619. O. diandra. *Aubl. pl. guj.* 2. *t.* 328.

nucifera. 4. O. racemis compositis foliosis terminalibus, foliis sparsis oblongis glaberrimis basi biglandulosis, caule arboreo. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 619. Omphalea triandra. *Brown jam. t.* 22. *f.* 4.

1098. SALIX. *Amenti* squamæ 1floræ. *Cor.* 0. ♂. *Glandula* baseos nectarifera. ♀. *Stilus* 2fidus. *Caps.* 1locularis, 2valvis. *Sem.* papposa.

* *foliis glabris.*
† *serratis.*

monandra. 1. S. foliis lineari-lanceolatis: superioribus obliquis, amentis tomentosis, floribus monandris. *Hoffmann salic.* 1. *p.* 18. *t.* 1. *f.* 1. 2. & *t.* 5. *f.* 1. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 648. *n.* 10. & 11. Salix purpurea & Helix.

hermaphrodita. 2. S. floribus hermaphroditis diandris.

triandra. 3. S. Salix foliis oblongo-lanceolatis, floribus triandris. *Hoffm. salic.* 1. *t.* 9. 10. *f.* 1-4.

pentandra. 4. S. foliis ovatis acutis, floribus pentandris. *Gmel. fl. sib.* 1. *t.* 34. *f.* 1.

antifebrilis. 40. S. foliis lineari-lanceolatis subpetiolatis. *Schoepf mat. med. amer. p.* 47.

phylicifolia. 5. S. foliis lanceolatis: crenis undatis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* C. D.

japonica. 6. S. foliis lanceolatis subtus glaucis, junioribus villosis. *Thunb. fl. jap. p.* 24.

vitellina. 7. S. foliis ovato-lanceolatis acutis supra glabris: serraturis cartilagineis. *Hoffm. sal.* 1. *t.* 11. 12. *f.* 1-3.

amygdalina. 8. S. foliis lanceolatis petiolatis, stipulis trapeziformibus.

hastata. 9. S. foliis subovatis acutis sessilibus, stipulis subcordatis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* G.

ægyptiaca. 10. S. foliis subserratis lanceolato-ovatis nudis venosis: petiolis simplicibus exstipulatis. *Prosp. Alp. ægypt. t.* 62.

fragilis. 11. S. foliis ovato-lanceolatis: petiolis dentato-glandulosis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* B.

Babylonica. 12. S. foliis lineari-lanceolatis, ramis pendulis. *S. G. Gmel. it.* 3. *t.* 34. *f.* 2.

myrsinites. 13. S. foliis ovatis subdiaphanis. *Hoffm. sal.* 1. t. 17-19. *f.* 1-5. *t.* 24. *f.* 2.

Arbuscula. 14. S. foliis subserratis subdiaphanis subtus glaucis, caule suffruticoso. *Jacq. fl. austr.* 5. *t.* 405.

herbacea. 15. S. foliis orbicularis. *Fl. dan. t.* 117. *Hoffm. sal.* 1. *t.* 20. *f.* 1-4.

retusa. 16. S. foliis subserratis obovatis obtusissimis. *Bocc. mus.* 2. *t.* 1.

† † *integerrimis.*

reticulata. 17. S. foliis ovatis obtusis. *Flor. dan. t.* 212.

myrtilloides. 18. S. foliis integris ovatis acutis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* K.

integra. 19. S. foliis integris lineari-oblongis obtusis. *Thunb. fl. japp. p.* 24.

glauca. 22. S. foliis subtus tenuissime villosis ovato-oblongis. *Fl. lapp. t.* 7. *f.* 5. & *t.* 8. *f.* P.

fissa. 20. S. foliis integris oblongo-lanceolatis acuminatis. *Hoffm. salic.* 1. *t.* 13. 14. *f.* 1-4.

chilensis. 21. S. foliis integerrimis lanceolatis acuminatis. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 145. *vannifera.*

* * *villosis.*
† *integerrimis.*

aurita. 23. S. foliis utrinque villosis obovatis appendiculatis. *Hoffm. salic.* 1. *p.* 30. *t.* 4. *f.* 1. 2. & *t.* 5. *f.* 3.

lanata. 24. S. foliis utrinque lanatis subrotundis acutis. *Fl. lapp. t.* 7. *f.* 7. & *t.* 8. *f.* N. & X.

lapponum. 25. S. foliis hirsutis lanceolatis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* T.

arenaria. 26. S. foliis integris ovatis acutis supra subvillosis, subtus tomentosis. *Flor. dan.* t. 197.

incubacea. 27. S. foliis lanceolatis: subtus villosis nitidis, stipulis ovatis acutis.

depressa. 28. S. foliis ovato-oblongis supra glabris subtus sericeis. *Hoffm. sal.* 1. *t.* 15. 16. *f.* 1-4. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 649. *n.* 25? Salix repens.

fuſca. 29. S. foliis ovatis ſubtus pubeſcentibus. *Jacquin fl. auſtr. 5. t. 409. an forſan cum 3 mox præcedentibus meri ejuſdem ſpeciei varietas?*

roſmarinifolia. 30. S. procumbens foliis lanceolato-linearibus ſtrictis ſub ſeſſilibus ſubtus tomentoſis. *Lobel. ic. 2. p. 137.*

nitida. 31. S. foliis integris ovatis obtuſis mucronatis utrinque ſubvilloſis. *S. G. Gmel. it. 3. t. 28. nonne eadem cum ægyptiaca?*

ſerotina. 32. S. foliis ovato-lanceolatis ſubtus venoſiſſimis incanis *Pall. it. 3. p. 759. t. N.*

┼ ┼ *ſubſerratis.*

acuminata. 33. S. foliis ovato-oblongis ſubtus tomentoſis: ſuperioribus integris: inferioribus crenatis. *Hoffm. ſalic. 1 t. 6. f. 1. 2.*

Caprea. 34. S. foliis ovatis rugoſis ſubtus tomentoſis undatis ſuperne denticulatis. *Hoffm. ſal. 1. p. 25. t. 3. f. 1. 2. & t. 5. f. 4.*

viminalis. 35. S. foliis lanceolato-linearibus longiſſimis acutis ſubtus ſericeis, ramis virgatis. *Hoffm. ſal. 1. t. 2. f. 1. 2. & t. 5. f. 2.*

cinerea. 36. S. foliis oblongo-ovatis ſubtus ſubvilloſis, ſtipulis dimidiato-cordatis.

alba. 37. S. foliis lanceolatis acuminatis ſerratis utrinque pubeſcentibus: ſerraturis infimis glanduloſis. *Blackw. herb. t. 327. Hoffm. ſal. 1. t. 7. 8. f. 1. 2.*

excelſa. 38. S. foliis ſeſſilibus ovato-oblongis acuminatis ſubtus villoſis: inferioribus integris. *S. G. Gmelin it. 3. t. 34. f. 1.*

berberifolia. 39. S. foliis ovatis rigidis reticulato-venoſis ſerrato-dentatis. *Pall. it. 3. p. 759. t. Kk. f. 7.*

flava. 41. S. foliis lanceolatis acutis petiolatis ſupra pubeſcentibus ſubtus tomentoſis glaucis. *Schoepf mat. med. amer. p. 147.*

triſtis. 42. S. exſtipulata, foliis lineari-lanceolatis petiolatis rugoſis, ſubtus tomentoſis. *Ait. hort. Kew. 3. p. 393.*

1160. FRAXINUS. *Cal.* o. f. 4partitus. *Cor.* o. f. 4petala.
♀. *Sem.* 1. lanceolatum.
♀. *Pist.* 1. lanceolatum. *Caps.* 2locularis, superne foliaceo-compressa. *Semina* pauca pendula.

excelsior. 1. Fr. foliolis ferratis, floribus apetalis. *Regnault bot. t.* 324.

Ornus. 2. Fr. foliolis ferratis, floribus corollatis. *Mill. illustr. ic. Regn. bot. t.* 418.

rotundifolia. 3. Fr. foliolis ovalibus crenatis undulatis. *Moench Weissenst. p.* 42.

integrifolia. 4. Fr. foliolis integerrimis ovatis acuminatis. *Moench Weissenst. p.* 43.

americana. 5. Fr. foliolis integerrimis: petiolis teretibus. *Catesb. Car.* 1. *t.* 80.

novæ Angliæ. 6. Fr. foliolis ovato-oblongis acuminatis anterius crenatis. *Moench Weissenst. p.* 43.

pubescens. 7. Fr. foliolis ovato-lanceolatis apicem versus obtuse crenatis subtus pubescentibus, floribus apetalis. *Walt. flor. carol. p.* 254.

DIGYNIA.

42. ANTHOXANTHUM. *Cal.* Gluma 2valvis, 1flora. *Cor.* Gluma 2valvis, acuminata. *Sem.* 1.

aculeatum. 1. A. spicis subglobosis: involucro foliaceo brevi mucronato. *Suppl. p.* 89. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 80. *n.* 2. Schoenus aculeatus. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 7. Phleum schoenoides. *an distincti generis?*

odoratum. 2. A. spica oblonga ovata: flosculis subpedunculatis arista longioribus. *Flor. dan. t.* 666.

indicum. 3. A. spica lineari : flosculis sessilibus arista brevioribus an potius agrestis ?

avenaceum. 4. A. spica secunda : calicibus pilosis flosculisque arista longa torta geniculata. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 8. *n.* 5.

crinitum. 5. A. panicula spicæformi cylindrica aristata : aristis longis patentibus laxis. *Suppl. p.* 90.

paniculatum. 6. A. floribus paniculatis. *Rudb. elys.* 1. *f.* 14. β) Anthoxanthum giganteum. *Walter flor. carol. p.* 65.

1272. GUNNERA. *Amentum* squamis 1floris. *Cal.* o. *Car.* o. *Germen* 2dentatum. *Sem.* 1.

perpensa. 1. GUNNERA. *Mant. p.* 121. *Pluckn. alm. t.* 18. *f.* 2.

MISANDRA. *Flores* dioici in scapis racemosis terminales. *Cal.* o. *Cor.* o.
♂. *Anther.* 4gonæ, 2bracteatæ.
♀. Gemini. *Germ.* apice marginat. *Caps.* subbaccata, 2valvis, 2sperma.

magellanica. 1. MISANDRA. *Jussieu gen. plant. p.* 405.

TRIGYNIA.

43. PIPER. *Cal.* o. *Cor.* o. *Bacca* 1sperma.

nigrum. 1. P. foliis ovatis subseptemnerviis glabris : petiolis simplicissimis. *Mill. illustr. ic.*

Betel. 2. P. foliis oblongiusculis acuminatis septemnerviis : petiolis bidentatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 82. *f.* 2.

Malamiri. 3. P. foliis ovatis acutiusculis subtus scabris : nervis quinque subtus elevatis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 116. *f.* 2.

Amalago. 4. P. foliis lanceolato-ovatis quinquenerviis rugosis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 116. *f.* 1.

Siriboa. 5. P. foliis inæqualiter cordatis subseptemnerviis venosis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 117. *f.* 2.

longum. 6. P. foliis cordatis petiolatis sessilibusque. *Blackw. herb. t.* 356.

decumanum. 7. P. foliis cordatis novemnerviis reticulatis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 27.

medium. 8. P. foliis ovato acuminatis subquinquenerviis integerrimis glabris petiolatis, spicis solitariis pedunculatis oppositifoliis. *Jacq. coll.* 1. *p.* 141.

reticulatum. 9. P. foliis cordatis septemnerviis reticulatis. *Plum. amer. t.* 75.

aduncum. 10. P. foliis ovato-lanceolatis : nervis alternis, spicis uncinatis. *Plum. amer. t.* 77.

pellucidum. 11. P. foliis cordatis petiolatis, caule herbaceo. *Plum. amer. t.* 72.

acuminatum. 12. P. foliis lanceolato-ovatis nervosis carnosis. *Plum. amer. t.* 71.

Cubeba. 13. P. foliis oblique ovatis s. oblongis venosis acutis, spica solitaria pedunculata oppositifolia, fructibus pedicellatis. *Suppl. p.* 90. *Inde* Cubebæ *officinarum.*

capense. 14. P. foliis ovatis nervosis acuminatis : nervis villosis. *Suppl. p.* 90.

blandum. 48. P. foliis lanceolatis integerrimis subtrinerviis, spicis filiformibus erectiusculis : axillaribus solitariis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 211.

magnoliæfolium. 49. P. foliis obovatis petiolatis nitentibus, pedunculis terminalibus cauleque fruticoso ramosis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 210.

clusiæfolium. 50. P. foliis obovatis integerrimis subsessilibus, spica terminali erecta solitaria. *Jacq. coll.* 3. *p.* 209.

retusum. 15. P. foliis obovatis retusis. *Suppl. p.* 91.

latifolium. 16. P. foliis cordatis multinerviis petiolatis, spicis axillaribus pedunculatis plurimis. *Suppl. p.* 91.

obtusifolium. 17. P. foliis ovatis enerviis, spicis terminalibus sessilibus. *Plum. amer. t.* 70.

rotundifolium. 18. P. foliis orbiculatis solitariis carnosis. *Plum. amer. t.* 69.

maculosum. 19. P. foliis peltatis ovatis, *Plum. amer. t.* 66.

Piperis *species, imprimis* Saufuri Plumieri, *in solo notali examinandæ, ut appareat utrum differant a reliquis in partibus fructificationis.*

peltatum. 20. P. foliis peltatis orbiculato-cordatis obtusis repandis spicis umbellatis. *Plum. amer. t.* 74.

dista-chyon. 21. P. foliis ovatis, spicis conjugatis. *Plum. amer. t.* 67.

umbella-tum. 22. P. foliis cordatis subrotundis acutis venosis, spicis umbellatis. *Plum. amer. t.* 73.

trifolium. 23. P. foliis ternis subrotundis. *Plum. amer. t.* 68.

quadrifo-lium. 24. P. foliis quaternis cuneiformibus sessilibus. *Plum. ic. t.* 242. *f.* 2.

reflexum. 25. P. foliis quaternis ovatis obtusis reflexis, caule sulcato. *Suppl. p.* 91.

pulchel-lum. 51. P. foliis quaternis subsessilibus oblongis enerviis integerrimis, spicis terminalibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 50.

verticilla-tum. 26. P. foliis verticillatis ovatis trinerviis.

methysti-cum. 27. P. foliis cordatis multinerviis petiolatis, spicis axillaribus pedunculatis plurimis. *Suppl. p.* 91. *Banks t.* 3.

discolor. 28. P. foliis lato-ovatis quinquenerviis glaberrimis posterius discoloribus, spicis laxioribus: floribus remotioribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

macro-phyllum. 29. P. foliis oblongis acuminatis obliquis multinerviis glabris, petiolis appendiculatis caule lævi. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

genicula-tum. 30. P. foliis oblongis acuminatis obliquis multinerviis glabris, caule ramisque geniculatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

verruco-sum. 31. P. arborescens, foliis oblongis acuminatis obliquis multinerviis glabris coriaceis, caule ramisque verrucosis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

hispidum. 32. P. foliis ovatis acuminatis obliquis hirsutis rugosis: nervis alternis, spicis erectis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

nitidum. 33. P. foliis lanceolato-ovatis basi obliquis glabris nitidis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

alpinum. 34. P. herbaceum, caule erecto simpliciusculo, foliis ovato-subrotundis acutis, subtus aveniis, spicis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

hispidulum. 35. P. herbaceum erectiusculum, foliis subrotundis petiolatis tenuissimis superne hirtis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

tenellum. 36. P. herbaceum simplex decumbens, foliis distichis ovatis aveniis margine ciliatis, spica adscendente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

amplexicaule. 37. P. subherbaceum, foliis lanceolato-ovatis amplexicaulibus nervosis carnosis, caule erecto simplici. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

glabellum. 38. P. herbaceum, foliis ovatis acuminatis, caule herbaceo radicante ramosissima. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

scandens. 39. P. herbaceum, foliis ovatis acutis, caule radicante simplici adscendente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

serpens. 40. P. herbaceum, foliis subrotundo-acutis planis discoloribus, caule repente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

cordifolium. 41. P. herbaceum, foliis obverse cordatis petiolatis plano-convexis carnosis, caule repente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

numularifolium. 42. P. herbaceum, foliis orbiculatis convexo-concavis, caule filiformi repente radicante. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

filiforme. 43. P. herbaceum, foliis linearibus obtusis: summis verticillatis, caule filiformi repente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

stellatum. 44. P. herbaceum, foliis verticillatis oblongis acuminatis trinerviis glabris, caule erecto. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

excelsum. 45. P. foliis orbiculato-cordatis subseptemnerviis, pedunculis terminalibus solitariis bifidis, caule arboreo. *Forst. fl. austr. p.* 5.

pallidum. 46. P. foliis alternis obovatis subtrinerviis, spicis solitariis subterminalibus. *Forst. fl. austr. p.* 5.

tetraphyllum. 47. P. foliis quaternis rhombeis sessilibus carnosis. *Forst. fl. austr. p.* 5. *an vere distinctum a quadrifolio.*

1097. VALLISNERIA. ♂. *Spatha* 2partita. *Spadix* tectus flosculis. *Cor.* 3partitæ.
♀. *Spatha* 2fida, 1flora. *Cal.* 3partitus superus. *Cor.* 3petala. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

spiralis. 1. VALLISNERIA. *Michel. nov. pl. gen.* 12. *t.* 10. *f.* 1, 2.

CLASSIS

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores superi.*

HERITIERA. *Cor.* 3fida. *Capf.* 3quetra 1locularis, polysperma.

44. VALERIANA. *Cor.* 5fida, basi gibba. *Sem.* 1.

50. MELOTHRIA. *Cor.* 5fida, rotata. *Bacca* 3locularis.

1089. TRICHOSANTHES. *Flores* monoici. *Cor.* 5partita, ciliata. ♀. *Stil.* 3fidus. *Pomum* oblongum.

CERATOSANTHES. *Flores* monoici. *Cor.* 5partita: laciniis 2cornibus. ♀. *Stil.* 3fidus. *Pomum* oblongum.

1090. MOMORDICA. *Flores* monoici. *Cor.* 5partita. ♀. *Stil.* 3fidus. *Pomum* elastia dissiliens.

1091. CUCURBITA. *Flores* monoici. *Cor.* 5fida. ♀. *Pistill.* 5fidum. *Pomi* semina margine tumida.

1092. CUCUMIS. *Flores* monoici. *Cor.* 5partita. ♀. *Pistill.* 3fidum. *Pomi* semina arguta.

1093. BRYONIA. *Flores* diclini. *Cor.* 5partita. ♀. *Stil.* 4fidus. *Bacca* subglobosa, polysperma.

1094. SICYOS. *Flores* monoici. *Cor.* 5partita. ♀. *Stil.* 3fidus. *Drupa* 1sperma.

1139. RUSCUS. *Flores* utplurimum dioici. *Cor.* o. *Nectar.* centrale, ovatum, apice perforatum.

51. CROCUS. *Cor.* 6petaloidea, erecto-patula. *Stigmata* convoluta colorata.

59. IRIS. *Cor.* 6partita: laciniis 3 exterioribus reflexis. *Stigmata* petaloidea.

60. MORÆA. *Cor.* 6petala: petalis omnibus patulis.

1017. SISYRINCHIUM. *Cor.* 6petala: petalis omnibus planis.

1018. FERRARIA. *Cor.* 6petala: petalis undulato-crispatis.

TAPEINIA. *Cor.* tubulosa: limbo profunde 6partito. *Stigma* 3fidum.

VOGELIA. Cor. 6fida persistens. Cal. o. Caps. 3locularis apice truncata, 3 punctata.

58. ANTHOLYZA. Cor. 6fida tubulosa, recurvata.

57. GLADIOLUS. Cor. 1petala: tubo cylindrico curvo; limbo 6partito.

WITSENIA. Cor. 6partita, cylindrica. Stigma emarginatum.

56. IXIA. Cor. 1petala, tubulosa: tubo recto filiformi, limbo 6partito æquali.

1355. DILATRIS. Cor. 6petala, hirsuta. Filamentum tertium reliquis minus. Stigma simplex.

MARIGA. Cor. 6partita: laciniis 3 interioribus minoribus. Caps. oblonga, angulata; 3locularis, polysperma.

* *Narcissus triandrus.*

** *Flores inferi.*

XIPHIDIUM. Cor. 6petala, æqualis. Cal. o. Caps. 3locularis.

61. WACHENDORFIA. Cor. 6petaloidea, patens. Cal. o.

1273. STILAGO. Cal. 1phyllus subtrilobus. Cor. o. Bacca globosa.

62. COMMELINA. Cor. 6petala: petalis 3-4 caliciformibus. Nectaria cruciata, petiolata.

GLOCHIDION. Flores monoici. Cor. 6petala. Cal. o.
♂. Antheræ connexæ.
♀. Capsula 6locularis, 6valvis.

1326. SALACIA. Cor. 5petala. Cal. 5partitus. Antheræ germinis apici insidentes.

TONSELLA. Cor. 5petala. Cal. 5partitus. Nectar. urceolatum. Bacca sphærica 1locularis, 4sperma.

54. HIPPOCRATEA. Cor. 5petala. Cal. 5partitus. Caps. 3. 2valves.

52. LOEFLINGIA. Cor. 5petala. Cal. 5phyllus. Caps. 1locularis.

CHELIDURUS. Cor. 5petala; petalis inæqualibus. Cal. 4phyllus. Germen pedicellatum.

1337. WILLICHIA. Cor. 4fida. Cal. 4fidus. Caps. 2locularis.

FISSILIA. Cor. fissilis in 3petala conniventia. Cal. integer. Stamina 5sterilia. Nux 1sperma, calici inclusa.

46. TAMARINDUS. *Cor.* 3petala. *Cal.* 4partitus. *Legumen* succulentum.
1226. ELATE. *Flor.* monoici. *Cor.* 3petala. *Drupa* alata acuminata.
1048. TRAGIA. *Flor.* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 5partitus. *Stilus* 3fidus. *Caps.* 3cocca, 3locularis. *Sem.* solitaria.
1049. HERNANDIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala.
♀. *Cal.* truncatus, integerrimus. *Cor.* 6petala.
Drupa cava, ore aperto: nucleo mobili.
1224. PHŒNIX. *Flores* dioici. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala. *Drupa* ovata.
1101. OSYRIS. *Flores* dioici. *Cal.* 3fidus. *Cor.* o.
♀. *Stil.* o. *Stigma* subrotundum. *Drupa* 1locularis.
1431. MABA. *Flores* dioici. *Cal.* 3fidus. *Cor.* 3fida. *Drupa* 2locularis.
1168. FICUS. *Flores* masculi & feminei. *Cor.* o. *receptaculo* communi, turbinato, carnoso, conniventi inclusi.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 5partitus. *Sem.* 1.
63. CALLISIA. *Cor.* 3petela. *Cal.* 3phyllus. *Caps.* 2locularis.
SYENA. *Cor.* 3petala. *Cal.* 3phyllus. *Caps.* 1locularis.
47. RUMPFIA. *Cor.* 3petala. *Cal.* 3fidus. *Drupa* nucleo 3loculari.
48. CNEORUM. *Cor.* 3petala. *Cal.* 3dentatus. *Bacca* 3cocca.
64. XYRIS. *Cor.* 3petala. *Cal.* 2valvis. *Caps.* 3locularis.
49. COMOCLADIA. *Cor.* 3partita. *Cal.* 3partitus. *Stil.* o. *Drupa.*
45. OLAX. *Cor.* 3fida. *Cal.* integerrimus. *Glans.*
MACROLOBIUM. *Cor.* 5petala, inæqualis. *Cal.* duplex. *Filam.* 4, quorum 1sterile. *Legumen* ovatum, 1loculare, 1spermum.
ROHRIA. *Cor.* 5petala, inæqualis. *Cal.* simplex, campanulatus; 5partitus. *Germ.* turbinatum, tomentosum. *Stigm.* 3revoluta.

1289. ROTALA. *Cor.* o. *Cal.* 3dentatus. *Capſ.* 3locularis.
51. ORTEGIA. *Cor.* o. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 1locularis.
53. POLYCNEMUM. *Cor.* o. *Cal.* perſiſtens 5phyllus: foliolis ovatis erectis. *Capſ.* ovata, evalvis, 1ſperma.
ALTERNANTHERA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Stamina* 6, alterna ſterilia. *Stigm.* 2fidum. *Sem.* ſolitaria.
1330. AGYNEIA. *Flores* monoici. *Cal.* 6phyllus. *Cor.* o. *Germen* perforatum, *ſtilo* & *ſtigm.* o. *Amaranthi triandri. Antiderma. Fagera emarginata, ſpinoſa, acuminata. Tradonantia multiflora. Pontederia limoſa. Laurus triandra.*

* *Boehmeria ramiflora. Omphalea triandra. Hirtella americana.*

*** *Flores graminei valvulis glumæ calicinæ.*

⊢ *hermaphroditi.*

1356. KYLLINGIA. *Amentum* ovatum 1oblongum, imbricatum. *Cal.* & *Cor.* bivalves.
1357. FUIRENA. *Amentum* imbricatum: ſquamis ariſtatis. *Cal.* o. *Cor.* glumis 3petaliformibus, obcordatis cirro terminatis.
1358. POMMEREULLA. *Cal.* turbinatus, 2valvis: valvulis 4fidis; dorſo ariſtato.
70. LYGEUM. *Cor.* 2valves. *Cal.* ſpatha. *Sem.* 2loculare.
SPARTINA. *Cor.* 2valvis. *Cal.* 1florus 2valvis: valvis macularibus inæqualibus. *Nectarium* o.
69. NARDUS. *Cor.* 2valvis. *Cal.* o. *Sem.* tectum.
68. ERIOPHORUM. *Cor.* o. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* lanigerum.
67. SCIRPUS. *Cor.* o. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* nudum vel villoſum 3quetrum.
66. CYPERUS. *Cor.* o. *Cal.* paleis diſtichis. *Sem.* nudum.
65. SCHOENUS. *Cor.* o. *Cal.* paleis faſciculatis. *Sem.* ſubrotundum.

⊢ ⊢ *monoici.*

1046. CAREX. *Amentum* ſpicatum, imbricatum glumis. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* o.
☿. *Nectarium* inflatum, 3dentatum,

Stigmata 3, rarius 2. *Sem.* 1. intra nectarium.

1040. TYPHA. *Amentum* cylindricum. *Cor.* o.
♂. *Cal.* obfoletus 3phyllus.
♀. *Amentum infra* masculos. *Cal.* capillo villoso. *Sem.* 1. insidens pappo capillari.

1041. SPARGANIUM. *Amentum* subrotundum. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* o.
♀. *Stigm.* 2fidum. *Drupa* exsucca, 1-2sperma.

1042. ZEA. ♂. *in* spicis distinctis. *Cal.* Gluma 2flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* & *Cor.* Gluma 2valvis. *Stil.* filiformis, pendulus. *Sem.* solitaria, receptaculo oblongo immersa.

1147. APLUDA. *Cal.* Gluma communis 2valvis: flosculo *femineo* sessili, *masculis* pedunculatis.
♂. *Cal.* o. *Cor.* 2valvis.
♀. *Cal.* o. *Cor.* 2valvis. *Sem.* 1. tectum.

1045. OLYRA. *Cal.* & *Cor.* Gluma 2valvis. *Cal.* 1flor.
♂. *Cal.* Gluma aristata. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* Gluma patula, ovata. *Stilus* 2fidus. *Sem.* cartilagineum.

1043. COIX. *Cal.* Gluma 2flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♂. spicæ remotæ.
♀. *Stil.* 2partitus. *Sem.* calice offificato tectum.

Juncus conglomeratus, effusus.

† † † *alii hermaphroditi, alii in eadem planta masculi.*

THEMEDA. *Cal.* 1valvis muticus. *Cor.* 2valvis, ☿. sessilis, *cor.* aristata. ♂. pedicell. *cor.* mutica.

1334. MANISURIS. *Cal.* Gluma 2valvis, valvula exteriore lateribus & apice emarginata. *Cor.* calice minor. *Stil.* 2fidus.

1149. CENCHRUS. *Involucr.* laciniatum, echinatum, 2florum. *Cal.* Gluma 2flora. *Cor.* mutica.
☿. *Stil.* o, 2fid. *Sem.* 1.

DIGYNIA.

* *Flores apetali monoici.*

1047. AXYRIS. ♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 2phyllus. *Sem.* 1.

PLANERA. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Sem.* 1 ovatum, squarrosum.

** *Flores graminei.*
† *uniflori vagi.*

71. BOBARTIA. *Cal.* multivalvis imbricatus.

76. PANICUM. *Cal.* 2valvis 2florus: flosculo altero hermaphrodito, altero masculo.

1145. ANDROPOGON. *Cal.* 1valvis basi pilosa. *Cor.* 2valvis: altera valva basi aristata. *Sem.* 1. *Flosculi* plures mere masculi.

CHLORIS. *Cal.* *Gluma communis* 2valvis, 2flora, *flosculis* aristatis, *cal.* o.
☿. *sessilis*, *cor.* gluma 2valvi: arista terminali.
♂. *Cor.* Gluma 1valvis.

72. CORNUCOPIÆ. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis. *Involucr.* commune 1phyllum, multiflorum.

94. ARISTIDA. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 2valvis: valva exteriori apice aristis 3.

78. ALOPECURUS. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis: apice simplici. *Nectarium* o.

77. PHLEUM. *Cal.* 2valvis truncatus mucronatus, sessilis.

74. PHALARIS. *Cal.* 2plex, uterque 2valvis: valvis exterioris carinatis, æqualibus, corollam includentibus.

73. PASPALUM. *Cal.* 2valvis: valvis subrotundis æqualibus figura corollæ.

SYNTHERISMA. *Cal.* 2valvis: valvis planis; interiore minore. *Cor.* 2valvis plana lateribus subamplexans.

79. MILIUM. *Cal.* 2valvis: valvis ventricosis, corolla majoribus subæqualibus.

CALAMAGROSTIS. *Cal.* 2valvis subæqualis. *Cor.* basi pilis cincta.

80. AGROSTIS. *Cal.* 2valvis: valvis acutis corolla brevioribus.

86. DACTYLIS. *Cal.* 2valvis : valvis concavis carinatis.

90. STIPA. *Cal.* 2valvis. *Cor.* arista terminali inarticulata longissima.

92. LAGURUS. *Cal.* 2valvis villosus. *Cor.* aristis 2 terminalibus & 1 dorsali.

MUHLENBERGIA. *Cal.* 1valvis minimus. *Cor.* 2valvis æqualis : valva exteriore aristata ; interiore mucronata. *Nectarium.* 2-phyllum.

93. SACCHARUM. *Cal.* 2valvis, basi lanugine extus vestitus.

Cinna.

⊢ ⊢ *Flores biflori* vagi.

1146. HOLCUS. *Flores* hermaphroditi & masculi. *Cal.* Glum. subbiflora 2valvis.
☿. *Cor.* aristata. *Sem.* 1.
♂. *Cor.* 0.

ARISTEA. *Cor.* 6petala. *Stil.* declinatus. *Stigm.* infundibulif. hians. *Capſula* infera, polyſperma.

cyanea. 1. ARISTEA. *Aiton. hort. Kew.* 1.

1355. DILATRIS. *Cal.* o. *Cor.* 6*petala. Filamentum tertium* reliquis minus. *Stigma* ſimplex.

umbellata. 1. D. petalis ovatis, corymbo faſtigiato hirſuto. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 76. *n.* 10. Ixia hirſuta. *Suppl. p.* 101. *Berg. fl. cap. t.* 3. *f.* 5.

viſcoſa. 2. D. petalis linearibus, corymbo faſtigiato villoſo viſcoſo. *Suppl. p.* 101. *Thunb. Schr. berl. Naturf.* 4. *p.* 48. *n.* 2.

paniculata. 3. D. petalis lanceolatis, panicula oblonga villoſa viſcoſa. *Suppl. p.* 101. *Thunb. Schr. berl. Naturf.* 4. *p.* 51. *n.* 3.

XIPHIDIUM. *Cal.* o. *Cor.* 6petala, æqualis infera. *Capſula* 3locularis, polyſperma.

floribundum. 1. XIPHIDIUM. *Aublet. pl. guj. p.* 33. *t.* 11.

61. WACHENDORFIA. *Cor.* 6petala inæqualis, infera. *Capſ.* 3locularis, ſupera, 3quetra.

thyrſiflora. 1. W. ſcapo ſimplici. *Burm. n. act. ac. Cæſ.* N. C. 1. *obſ.* 50. *t.* 2. *f.* 1. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 4.

paniculata. 2. W. ſcapo polyſtachio. *Burm. n. act. ac. Cæſ.* N. C. 1. *obſ.* 1. *t.* 2. *f.* 10.

graminifolia. 3. W. caule polyſtachyo hirſuto, foliis enſiformibus canaliculatis glabris. *Suppl. p.* 101.

62. COMMELINA. *Cor.* 6petala. *Nectaria* 3 cruciata, pedicellis propriis inſerta. *Capſ.* ſupera 2-3-locularis.

* *Dipetalæ i. e. petalis duobus majoribus.*

communis. 1. C. corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis acutis, caule repente glabro. *Dill. h. Elth. t.* 78. *f.* 89. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 1.

africana. 2. C. corollis inæqualibus, foliis lanceolatis glabris, caule decumbente. *Kniph. bot. orig. cent.* 8. *n.* 30. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 1.

benghalenſis. 3. C. corollis inæqualibus, foliis ovatis obtuſis, caule repente. *Murray Comm. Goett.* 1779. *t.* 5.
β) Commelina cucullata. *Burm. ind. t.* 7. *f.* 3.

erecta. 4. C. corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis, caule erecto ſubhirſuto ſimpliciſſimo. *Dill. h. Elth. t.* 77. *f.* 88.

commelinoides. 5. C. foliis ovato-lanceolatis, floribus paniculatis: paniculæ ramis ſpicatis lateralibus, ariſta calicis corolla longiore. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 12. *n.* 35. *an diſtincta vere ſpecies hujus generis & tribus?*

mollis. 6. C. corollis inæqualibus, foliis ovatis integerrimis villoſulis, caulibus geniculatis radicantibus ramoſiſſimis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 235.

longicaulis. 7. C. corollis inæqualibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis ſubhirtis, caulibus longiſſimis geniculatis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 234.

** *Tripetalæ i. e. petalis tribus majoribus*, Zanoniæ.

virginica. 8. C. corollis subæqualibus, foliis lanceolatis subpetiolatis ore barbatis, caulibus erectis. *Pluckn. alm. t.* 174. *f.* 4.

tuberosa. 9. C. corollis æqualibus, foliis sessilibus ovato-lanceolatis subciliatis. *Dill. h. Elth. t.* 79. *f.* 90. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 1.

Zanonia. 10. C. corollis æqualibus, pedunculis incrassatis, foliis lanceolatis: vaginis tumidis margine hirsutis, bracteis geminis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 147. *f.* 1. *an tradescantiæ potius species?*

vaginata. 11. C. corollis æqualibus, foliis linearibus, floribus diandris involucro vaginatis. *Mant. p.* 177.

nudiflora. 12. C. corollis æqualibus, pedunculis capillaribus, foliis linearibus, involucro nullo, floribus diandris. *Mant. p.* 177.

spirata. 13. C. corollis æqualibus, foliis lanceolatis, floribus paniculatis. *Mant. p.* 176.

nudicaulis. 14. C. corollis æqualibus scapo indiviso, foliis lanceolatis radicalibus. *Burm. ind. t.* 8. *f.* 1.

diffusa. 15. C. corollis æqualibus, pedunculis capillaribus, foliis ovato-oblongis, involucro nullo. *Burm. ind. t.* 7. *f.* 3.

papilionacea. 16. C. involucris triphyllis alterum recipientibus, caule repente, foliis lanceolato-linearibus. *Burm. ind. t.* 7. *f.* 31.

hexandra. 17. C. foliis ovatis alternis subpetiolatis, floribus racemosis terminalibus hexandris. *Aubl. pl. guj. t.* 12. *an hujus generis?*

caroliniana. 18. C. corollis inæqualibus, floribus binis oppositifoliis, foliis ovato-lanceolatis, caule ramoso repente. *Walt. flor. carol. p.* 68. *an nectaria potius filamenta, & hexandris accensendum genus?*

63. CALLISIA. *Cal.* 3phyllus. *Petala* 3. *Antheræ* geminæ. *Capf.* 2locularis.

repens. 1. CALLISIA. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 14. Hapalenthus repens.

SYENA. *Cal.* 3phyllus. *Petal.* 3. *Capf.* globosa, stilo coronata, 1 locularis, 3valvis, 6sperma.

Mayaca. 1. SYENA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 42. *t.* 15.

64. XYRIS. *Cor.* 3 petala, æqualis, crenata. *Glumæ* 3 valves cartilagineæ in capitulum. *Capsula* supera, 1 locularis.

indica. 1. X. foliis gladiatis. *Rheed. h. malad.* 9. *t.* 7. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 15. *f.* 3.

americana. 2. X. foliis setaceis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 40. *t.* 14.

1356. KYLLINGA. *Amentum* ovatum s. oblongum imbricatum. *Flores* calice corollaque 2 valvi.

monocephala. 1. K. culmo filiformi triquetro, capitulo globoso sessili: involucro triphyllo longissimo. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 80. *n.* 8. Schoenus coloratus. *Suppl. p.* 104. *Rottböll. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 4. *f.* 4.

triceps. 2. K. capitulis terminalibus subternis glomeratis sessilibus. *Suppl. p.* 104. *Jacq. h. Vind. t.* 97.

punicea. 3. K. umbella terminali: spicis sessilibus pedunculatisque cylindricis imbricatis, involucro universali subtetraphyllo, partiali nullo. *Suppl. p.* 105. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 4. *f.* 1. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 5.

umbellata. 4. K. umbella terminali: spicis sessilibus pedunculatisque squarrosis, involucro universali polyphyllo, partiali triphyllo. *Suppl. p.* 105. *Rottb. descr. & ic. plant.* 1. *t.* 4. *f.* 2.

sumatrensis. 5. K. umbella terminali: spicis sessilibus pedunculatisque cylindricis squarrosis, involucro universali polyphyllo, partiali nullo. *Koenig apud Retz. obs. bot. p.* 13. *Mant. p.* 181. Scirpus cyperoides.

filiformis. 6. K. umbella terminali simplici: spicis sessilibus pedunculatisque ovatis; spiculis ovatis acutis, involucro triphyllo, partiali nullo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 20.

An distincta genera Remirea *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 44. *t.* 16, *et* Mapania *p.* 47. *t.* 17?

1357. FUIRENA. *Amentum* imbricatum ſquamis ariſtatis. *Cal.* o. *Cor.* glumis tribus petaliformibus obcordatis cirro terminatis.

paniculata. 1. FUIRENA. *Suppl. p.* 105. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 19. *f.* 3.

1358. POMMEREULLA. *Cal.* turbinatus, 2 valvis: *valvis* 4 fidis dorſo ariſtatis.

Cornucopiæ. 1. P. floſculis omnibus hermaphroditis. *Suppl. p.* 105.

monoica. 2. P. floſculis maſculis feminiſque in unam ſpiram compactis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 209.

70. LYGEUM. *Spatha* 1 phylla. *Corollæ* binæ ſupra idem germen. *Nux* 2 locularis.

Spartum. LYGEUM. *Loefl. it. t.* 2.

69. NARDUS. *Cal.* o. *Cor.* 2 valvis. *Nectar.* o.

thomæa. 1. N. ſpica ſubulato-plana culmo longiore, foliis faſciculatis erectis convolutis. *Suppl. p.* 105. *nonne potius Rottböllæ ſpecies?*

ſtricta. 2. N. ſpica ſetacea recta ſecunda. *Schreber. gram.* 65. *t.* 7.

gangitis. 3. N. ſpica recurva. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 13. *f. ult. an. forſan varietas ariſtatæ?*

ariſtata. 4. N. calicibus ariſtatis. *Bocc. muſ.* 2. *t.* 57.

ciliaris. 5. N. ſpica incurva ciliata.

indica. 6. N. ſpica ſetacea ſecunda ſubincurvata. *Suppl. p.* 105. *an hujus generis?*

SPARTINA. *Cal.* 1 florus, 2 valvis, ſemen includens. *Cor.* 2 valvis. *Nect.* o.

Schreberi. 1. SPARTINA, *Schreb. gen. plant. Linn.* 1. *p.* 43.

68. ERIOPHORUM. *Glumæ* paleaceæ undique imbricatæ. *Cor.* o. *Sem.* 1. lana longiſſima cinctum.

vaginatum. 1. E. culmis vaginatis teretibus, ſpica ſcarioſa. *Curt. flor. Lond. t.* 219.

polyſtachyon. 2. E. culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis. *Curt. flor. Lond. t.* 217. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 4.

virginicum. 3. E. culmis folioſis teretibus, foliis planis, ſpica erecta. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 9. *f.* 2.

cyperinum. 4. E. culmis teretibus folioſis, panicula ſupradecompoſita prolifera: ſpiculis ſubternis. *Pluckn. mant. t.* 419. *f.* 3.

alpinum. 5. E. culmis nudis triquetris, ſpica pappo breviore. *Fl. dan. t.* 620.

67. SCIRPUS. *Glumæ* paleaceæ undique imbricatæ. *Cor.* o. *Sem.* 1. imberbe, 3quetrum, ſæpe villoſum.

* *ſpica unica.*

mutatus. 1. Sc. culmo triquetro nudo, ſpica cylindrica terminali.

annuus. 61. Sc. culmo triquetro nudo, involucro diphyllo, pedunculis nudis, ſpicis ſolitariis. *Allion. fl. pedem.*

trigynus. 2. Sc. culmo tereti nudo, ſpica cylindrica: ſquamis lanceolatis baſi laterali membranaceis. *Mant. p.* 180.

paluſtris. 3. Sc. culmo tereti nudo, ſpica ſubovata terminali. *Fl. dan. t.* 273.

β?) Scirpus minimus. *Scheuchz. gram. t.* 7. *f.* 1.

articulatus. 4. Sc. culmo tereti nudiuſculo ſemigeniculato, capitulo glomerato laterali. *Rheed. mal.* 12. *t.* 71.

geniculatus. 5. Sc. culmo tereti nudo, ſpica oblonga terminali. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 75. *f.* 2. & *t.* 81. *f.* 3.

plantagineus. 6. Sc. culmis teretibus geniculatis nudis, ſpica terminali cylindrica nuda. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 15. *f.* 2. *an ſatis diſtinctus a geniculato?*

capitatus. 7. Sc. culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ſubglobоſa terminali.

aciculàris. 8. Sc. culmo tereti nudo setiformi, spica ovata bivalvi, seminibus nudis. *Mant. p.* 321. *Flor. dan. t.* 287. *An Cyperi potius species ?*

β?) Scirpus quinqueflorus. *Scheuchz. gram. t.* 7. *f.* 19.

cespitosus. 9. Sc. culmo striato nudo, spica bivalvi terminali longitudine calicis, radicibus squamula interstinctis. *Flor. dan. t.* 167.

Bæothryon. 10. Sc. culmo tereti striato nudo basi vaginato, spica terminali pauciflora bivalvi: valvis ovatis spica brevioribus margine scariosis. *Suppl. p.* 103. *Ehrh. phytoph. n.* 31.

junceus. 61. Sc. culmo teretiusculo filiformi nudo, spica ovata terminali involucrum æquante. *Forst. fl. austr. p.* 6.

fistulosus. 11. Sc. culmo subulato nudo basi vaginato, capitulo laterali. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 14. *n.* 45.

Schoenoides. 12. Sc. culmo setaceo compresso striato, spica ovata: involucro monophyllo brevi membranaceo, seminibus turbinato-compressis. *Koenig apud Retz. obs. bot. p.* 14.

nutans. 13. Sc. culmo compresso subtetragono nudo, spica ovata solitaria terminali nutante. *Koenig. apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 12.

polytrichoides. 14. Sc. culmis compressis setaceis, spicis terminalibus solitariis subnutantibus monandris. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 11. *Rumpf amb.* 6.

atropurpureus. 15. Sc. culmis setaceis teretibus fasciculatis, spicis terminalibus ovatis solitariis, floribus monandris. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 14. *caribæo affinis.*

caribæus. 16. Sc. culmis fasciculatis setaceis sulcatis, spica minima ovata terminali. *Fr. Rottböll. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 15. *f.* 3.

fluitans. 17. Sc. culmis teretibus nudis alternis, caule folioso flaccido. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 10. *f.* 31.

** *spicis pluribus.*

✝ *culmo tereti.*

lacustris. 18. Sc. culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Lob. ic.* 25.

Holoschoenus. 19. Sc. culmo tereti nudo, spicis subglobosis glomeratis pedunculatis: involucro diphyllo inæquali mucronato. *Flor. dan. t.* 454.

australis. 20. Sc. culmo tereti nudo, capitulo laterali: bractea reflexa, foliis canaliculatis.

romanus. 21. Sc. caule tereti, nudo, capitulo laterali conglobato: bractea reflexa. *Jacq. fl. austr.* 5. *t.* 448.

ellychniarius. 60. Sc. culmo tereti nudo, spicis globosis quaternis. *Molina hist. nat. Chil. p.* 129.

Halleri. 62. Sc. culmo tereti nudo, folio gramineo, capitulis lateralibus ternis ovatis. *Hall. hist. stirp. Helv.*

supinus. 22. Sc. culmo tereti nudo, spicis sessilibus in medio culmo glomeratis.

globiferus. 23. Sc. culmo tereti nudo, umbella terminali composita: capitulis globosis ex spiculis pluribus arcte congestis. *Suppl. p.* 104.

prolifer. 63. Sc. culmo tereti nudo compresso, capitulis glomeratis nudis tandem proliferis. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 17. *f.* 2.

glomeratus. 24. Sc. culmo nudo teretiusculo, umbella glomerata: involucro diphyllo brevi, floribus diandris. *Koenig ap. Retz. obs. bot.* 4. *p.* 11.

dipsaceus. 64. Sc. culmis setaceis, umbella simplici, capitulis oblongis squamosis, flosculis subulatis recurvis diandris, germine echinato. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 12. *f.* 1.

monander. 65. Sc. culmo setaceo, involucro longo triphyllo, capitulo sessili glomerato: flosculis monandris. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 14. *f.* 3.

setaceus. 25. Sc. culmo nudo setaceo, spicis lateralibus subsolitariis sessilibus pedunculatisque, terminali sessili. *Flor. dan. t.* 311. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 3.

tristachyos. 26. Sc. culmo nudo setaceo: spicis ternis sessilibus: involucro diphyllo setaceo. *Suppl. p.* 103. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 13. *f.* 4.

β) *Haller hist. stirp. Helv.* 2. *p.* 180. *n.* 1344.

capillaris. 27. Sc. culmo nudo capillari, spicis pedunculatis: intermedia sessili. *Burm. fl. zeyl. t.* 47. *f.* 2.

auctumnalis. 28. Sc. culmo ancipiti nudo, umbella decomposita: spiculis ovatis. *Mant. p.* t. 80.

complanatus. 29. Sc. culmo compresso ancipiti, umbella supra decomposita, involucro diphyllo longiore. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 14.

niloticus. 30. Sc. culmo compresso striato basi vaginato, spicis pedunculatis terminalibus bis umbellatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 15.

trispicatus. 31. Sc. culmo sulcato nudo, spicis terminalibus ternis sessilibus nudis. *Suppl. p.* 103.

Kali. 32. Sc. culmo tereti folioso, spiculis terminalibus confertis sessilibus: involucris longitudine foliorum. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 15.

diphyllus 33. Sc. culmis semicylindricis striatis diphyllis, umbella composita involucro diphyllo longiore. *Koenig apud Retz obs. bot.* 5. *p.* 15.

arvensis. 34. Sc. culmis compressis striatis, umbellis simplicibus: involucro monophyllo brevi. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 11.

nodosus. 66. Sc. culmo compresso nodoso, capitulo glomerato mucronato. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 8. *f.* 3.

⊢ ⊢ *culmo triquetro.*

┬ *spicis paniculatis.*

⊥ *panicula nuda.*

triqueter. 35. Sc. culmo triquetro nudo, spicis lateralibus ovatis obtusis subsessilibus pedunculatisque, mucrone erecto. *Mant. p.* 29. *Pluckn. alm. t.* 48. *f.* 2.

mucronatus. 36. Sc. culmo triangulo nudo acuminato, spicis lateralibus oblongis conglomeratis sessilibus, mucrone erecto. *Scheuchz. gram. t.* 9. *f.* 14.

lateriflorus. 37. Sc. culmis triquetris nudis, spicis subternis lateralibus: involucro monophyllo brevi. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 12.

lateralis. 38. Sc. spicis ovatis lateralibus sessilibus pedunculatisque. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 15. *an distincta species?*

ferrugineus. 39. Sc. culmo triquetro subnudo, involucris longitudine paniculæ ciliatis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 77. *f.* 2.

spadiceus. 40. Sc. culmo triquetro nudo, umbella subnuda: spicis oblongis sessilibus terminalibusque. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 76. *f.* 2.

echinatus. 41. Sc. culmo triquetro nudo, umbella simplici: spicis ovatis. *Pluckn. alm. t.* 91. *f.* 4.

retrofractus. 42. Sc. culmo triquetro, umbella simplici: spicarum flosculis retrofractis. *Pluckn. phyt.* 415. *f.* 4. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 5.

æstivalis. 43. Sc. culmis depressis triquetris nudis, umbellis compositis involucris, floribus monandris. *Koenig apud Retz. obs. bot. 4. p. 12.*

dichotomus. 44. Sc. culmo triquetro nudo, umbella decomposita: spicis dichotomiæ sessilibus. *Rottb. descr. & ic. pl. 1. t. 13. f. 1.*
β) Scirpus monoicus, spiculis femineis demum post marcescentiam masculorum evolutis. *Koenig ap. Naturf. 24. p. 202.*

grossus. 45. Sc. culmo triquetro nudo, umbella supradecomposita: spicis pedicellatis, involucro triphyllo lanceolato subulato longissimo. *Supppl. p. 104.*

†† *panicula foliacea.*

miliaceus. 46. Sc. culmo triquetro nudo, umbella supradecomposita: spicis intermediis sessilibus, involucro setaceo. *Burm. fl. ind. t. 9. f. 2.*

Luzulæ. 47. Sc. culmo triquetro nudo, umbella foliosa prolifera: spiculis subrotundis. *Pluckn. mant. t. 417. f. 3.*

sylvaticus. 48. Sc. culmo triquetro folioso, umbella foliacea; pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. *Flor. dan. t. 307.*

intricatus. 49. Sc. culmo triquetro nudo, umbella foliosa simplici: squamis calicinis subulatis recurvis. *Mant. p. 182. an forsan Kyllingæ species?*

cyperoides. 50. Sc. culmo triquetro nudo, umbella simplici: spiculis oblongis; flosculis subulatis unifloris reflexis. *Mant. p. 181. Rottb. descr. & ic. pl. 1. t. 4. f. 2. an ad Kyllingam relegandus?*

ciliaris. 51. Sc. culmo triquetro folioso, umbellis sparsis: squamis calicinis aristis ciliatis. *Mant. p. 182.*

corymbosus. 52. Sc. culmo triquetro folioso, corymbis lateralibus simplicibus, terminali prolifero: spicis subulatis. *Rheed. h. malab. 19. t. 43.*

anomalus. 53. Sc. culmo triquetro folioso, panicula terminali brevi: spiculis ovatis; floribus corollatis infimis monandris, superioribus driandris. *Retz. obs. bot. 5. p. 15.*

maritimus. 54. Sc. culmo triquetro, panicula conglobata foliacea: spicularum squamis trifidis; intermedia subulata. *Curt. flor. Lond. t. 284.*

squarrosus. 55. Sc. culmo triquetro nudo setaceo, spicis ternis sessilibus ovatis squarrosis. *Mant. p. 181. Rottb. descr. & ic. pl. 1. t. 17. f. 5.*

56. Sc.

Michelianus. 56. Sc. culmo triquetro, capitulo globoso: involucro polyphyllo longo. *Till. h. pisan. t. 20. f. 5.*

†† *capitulo terminali.*

hottentottus. 57. Sc. culmo triquetro folioso, capitulo globoso: squamis calicinis lanceolatis hirtis. *Mant. p. 182.*

antarcticus. 58. Sc. culmo triquetro nudo, capitulo globoso: involucro monophyllo. *Mant. p. 181.*

cephalotes. 59. Sc. culmo triquetro nudo, capitulo ovato squarroso: involucro triphyllo longo. *Jacq. hort. Vindob. 1. t. 97.*

barbatus. 67. Sc. culmo triquetro: vaginis suboppositis supra barbatis, capitulo terminali subrotundo polystachyo. *Rottb. descr. & ic. pl. 1. t. 17. f. 4.*

argenteus. 68. Sc. culmis triquetris setaceis, involucris longissimis tetraphyllis spicis plurimis cylindricis in capitulum glomeratis. *Rottb. descr. & ic. pl. 1. t. 17. f. 6.*

66. CYPERUS. *Glumæ* paleaceæ, distiche imbricatæ. *Cor.* 0. *Sem.* 1. nudum.

* *culmo tereti.*

articulatus. 1. C. culmo nudo articulato. *Sloan. hist. of jam. 1. t. 81. f. 1*

minimus. 2. C. culmo nudo, spicis sub apice. *Sloan. hist. jam. 1. t. 79. f. 3.*

ægyptiacus. 3. C. culmo nudo apice spiculis multis compactis: involucro maximo foliisque recurvis. *Gloxin obs. bot. p. 20. t. 3.*

niloticus. 4. C. culmo nudo æquali, umbella composita: spicis globosis. *Forsk. fl. æg. arab. p. 13.*

mucronatus. 5. C. culmo nudo, spicis lateralibus sessilibus involucro monophyllo. *Koenig apud Retz. obs. bot. p. 10.*

lateralis. 6. C. culmo teretiusculo nudo, spica laterali sessili. *Suppl. p. 102.*

β) *Forsk. fl. æg. arab. p. 13.* Cyperus lateralis.

tenellus. 7. C. culmo nudo setaceo, spicis solitariis geminisque sessilibus. *Suppl. p. 103.*

setaceus. 8. C. culmis setaceis striato-angulosis nudis, spica terminali subquadriflora nuda. *Koenig apud Retz. obs. bot. 5. p. 10.*

I

Monti. 9. C. umbella ſupradecompoſita, foliis carina lævibus. *Suppl. p.* 102. *Monti gram. t.* 1. *f.* 2.

minutus. 10. C. foliis planis ſemiteretibus canaliculatis recurvis, capitulo terminali: involucro triphyllo. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 202.

compactus. 11. C. culmo folioſo, umbella decompoſita: involucro pentaphyllo, ſpiculis congeſtis ſubſpiralibus. *Osbeck apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 10.

pygmæus. 12. C. umbella compoſita involucrata: ſpicis lanceolatis, glumis mucronatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 9.

effuſus. 63. C. culmo ligneo, umbella rara; ſpicis conglomeratis, involucro ſubulato triphyllo. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 12. *f.* 3.

hirſutus. 64. C. culmo folioſo, ſpicis ovatis lobato-conglomeratis terminalibus: glumis mucronatis ciliatis. *Buxb. cent.* 3. *t.* 33.

arenarius. 13. C. culmo compreſſo nudo, ſpicis capituli glomerati ſeſſilibus: involucro ſubmonophyllo. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 9.

capitatus. 14. C. culmo ſubanguloſo ſtriato medio folioſo, capitulo terminali triphyllo: ſpicis ſeſſilibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 9.

gradatus. 15. Culmo ſubangulato ad baſin foliato, bracteis ad apicem pedunculis duplo longioribus ſpiraliter remotis. *Forsk. fl. æg.* 10. *arab. p.* 13.

* *culmo triquetro.*
† *veſtito.*

diphyllus. 16. C. culmo ſubtriquetro diphyllo, umbella ſupradecompoſita: ſpiculis teretiuſculis ſubpinnatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 11.

Haſpan. 17. C. culmo folioſo, umbella ſubradecompoſita: ſpiculis umbellato-ſeſſilibus. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 6. *f.* 2.

longus. 18. C. culmo folioſo, umbella folioſa ſupradecompoſita pedunculis nudis ſpicis alternis. *Regn. bot. t.* 138. *Jacq. coll.* 3. *p.* 191.

cinnamomeus. 19. C. culmo folioſo, umbella ſpiculis capitatis pedunculatis ſeſſilibuſque: involucro pentaphyllo ſerrulato ſcabro. *Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 10.

Pangorei. 20. C. culmo basi folioso, involucro triphyllo, umbella universali decomposita: partialibus subtrifidis. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 7. *f.* 3.

nitens. 21. C. culmis basi foliosis umbellis subsimplicibus: involucro triphyllo, floribus monandris. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 13.

globosus. 22. C. culmo basi folioso, spicis conglomeratis subglobosis: spiculis convexis viridibus nitidis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 13.

fastigiatus. 23. C. culmo basi folioso, umbella foliosa composita: spicis cylindricis; spiculis utrinque convexis flavidis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 14.

complanatus. 24. C. culmo basi folioso, umbella foliosa: spicis subrotundis; spiculis compressis planissimis ovato-oblongis brunneis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 14.

ferrugineus. 25. C. culmo basi folioso, umbella foliosa: spiculis compresso-convexis linearibus fasciculatis ferrugineis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 14.

tuberosus. 65. C. culmo basi folioso, involucris triphyllis, umbella composita: spicis lanceolatis teretiusculis. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 7. *f.* 1.

tenuiflorus. 66. C. culmo basi folioso, foliis linearibus, umbella decomposita: spiculis linearibus angustissimis acutis. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 14. *f.* 1.

alopecuroides. 67. C. culmo basi folioso, umbella supradecomposita: spicis digitatis oblongis, spiculis confertissimis erectis imbricatis. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 8. *f.* 2.

polystachyos. 68. C. culmo basi folioso, involucro polyphyllo, panicula terminali subsessili ramosissima: spicis lineari-lanceolatis confertissimis complanatis. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 11. *f.* 1.

paniculatus. 69. C. culmo basi folioso involucro subæquali hexaphyllo, panicula terminali sessili compacta: spicis compressis lineari-lanceolatis paucifloris. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *Pluckn. phyt. t.* 91. *f.* 1.

Santonici. 70. C. culmo basi folioso, paniculis sessilibus pedunculatisque: spicis linearibus; flosculis alternis remotis obtusissimis. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 9. *f.* 1.

alternifolius. 26. C. culmo apice alternatim folioso, pedunculis lateralibus proliferis. *Mant. p.* 28. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 3. *f.* 17.

ſpathaceus. 27. C. culmo vaginis foliorum veſtito, pedunculis pinnatis lateralibus. *Sp. plant.* 2. *p.* 44. Cyperus ferrugineus; & *Sp. pl.* 2. *p.* 63. Schoenus ſpathaceus.

Iria. 28. C. culmo ſeminudo, umbella folioſa decompoſita: ſpiculis alternis, granis diſtinctis. *Rheed. h. malab.* 12. *t.* 56.

Jeminicus. 29. C. culmo ſeminudo baſi bulboſo, involucro diphyllo, umbella ſubſimplici: ſpiculis linearibus. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 8. *f.* 1.

denudatus. 30. C. culmo medio vaginato, involucro ſubnullo. *Suppl. p.* 102.

exaltatus. 31. C. culmo baſi monophyllo, umbella ſupradecompoſita polyphylla: ſpiculis linearibus pedunculatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 11.

β) *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 7. *f.* 2? Cyperus faſtigiatus.

pannonicus. 32. C. culmo baſi monophyllo, ſpicis ſeſſilibus: glumis lateralibus ſphacelatis. *Suppl. p.* 103. *Jacq. hort. auſtr. app. t.* 6.

cruentus. 33. C. culmo baſi monophyllo, umbella terminali diphylla ſimpliciſſima. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 13.

flavidus. 34. C. culmo ſtriato monophyllo, umbella compoſita triphylla: ſpicis lanceolatis; ſquamulis monandris. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 13.

rotundus. 35. C. culmo ſubnudo, umbella decompoſita: ſpicis alternis linearibus. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 14. *f.* 2.

†† *culmo nudo.*

ligularis. 36. C. umbellæ ſpiculis capitatis oblongis ſeſſilibus: involucris longiſſimis ſerrato-aſperis. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 11. *f.* 2.

monoſtachyos. 37. C. ſpica ſimplici ovata terminali: ſquamis mucronatis. *Mant. p.* 180. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 13. *f.* 3.

lævigatus. 38. C. capitulo diphyllo, floribus lævigatis. *Mant. p.* 179. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 16. *f.* 1.

eſculentus. 39. C. umbella folioſa, radicum tuberibus ovatis: zonis imbricatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 11. *f.* 10.

ſquarroſus. 40. C. umbella folioſa glomerata: ſpicis ſtriatis ſquarroſis. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 6. *f.* 3.

difformis. 41. C. umbella diphylla ſimplici trifida: ſpicis cuſpidatis; intermedia ſeſſili. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 9. *f.* 2.

elatus. 42. C. umbella folioſa ſupradecompoſita: ſpicis digitalibus imbricatis; ſpiculis ſubulatis.

glomeratus. 43. C. umbella triphylla ſupradecompoſita ſpicis glomerato-rotundatis; ſpiculis ſubulatis. *Monti gram. t.* 1. *f.* 1.

glaber. 44. C. culmo lævi, umbella triphylla: floribus glomeratis; inferioribus brachiatis, foliis glabris. *Mant. p.* 179. *Seg. pl. ver. ſuppl. t.* 2. *f.* 1.

elegans. 45. C. umbella folioſa: pedunculis nudis proliferis, ſpicis confertis: mucronibus patulis. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 6. *f.* 4.

odoratus. 46. C. umbella decompoſita ſimpliciter folioſa: pedicellis diſtiche ſpicatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 8. *f.* 1. & *t.* 74. *f.* 1.

compreſſus. 47. C. umbella univerſali triphylla: glumis mucronatis; lateribus membranaceis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 12.
β) *Krock. fl. ſileſ. p.* 64. *t.* 12.

flaveſcens. 48. C. umbella triphylla: pedunculis ſimplicibus inæqualibus; ſpicis confertis lanceolatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 11. *f.* 37.

fuſcus. 49. C. umbella trifida: pedunculis ſimplicibus inæqualibus; ſpicis confertis linearibus. *Flor. dan. t.* 179.

pumilus. 50. C. umbella diphylla compoſita: ſpiculis alterno-digitatis lanceolatis; glumis mucronatis. *Plukn. alm. t.* 191. . 8. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 2.

triflorus. 51. C. umbella triſtachya: intermedia ſeſſili; ſpiculis lævigatis. *Mant. p.* 180.

ſtrigoſus. 52. C. umbella ſimplici: ſpiculis linearibus confertiſſimis horizontalibus. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 74. *f.* 2. 3. *an forſan Kyllingæ ſpecies?*

Papyrus. 53. C. umbella involucris longiore: involucellis triphyllis ſetaceis longioribus, ſpiculis ternis. *Scheuchz. gram. t.* 8. *f.* 14. *Bruce trav. in Eg. Arab. Abyſſ. and Nub.* 5. *app. p.* 1. *ic.*

diſtans. 54. C. umbella folioſa ſupradecompoſita: ſpicis alternis filiformibus; floſculis diſtantibus. *Suppl. p.* 103. *Rottb. deſcr. & ic. pl.* 1. *t.* 10. *Jacq. coll.* 3. *p.* 189.

niveus. 55. C. culmo filiformi, umbella terminali fessili diphylla: fpicis compreffis lanceolatis. *Koenig apud Retz. obf. bot.* 5. *p.* 12.

imbricatus. 56. C. umbella decompofita: umbellarum radiis imbricatis, involucris hexaphylli foliis tribus longiffimis, tribus breviffimis. *Koenig apud Retz. obf. bot.* 5. *p.* 12.

leucocephalus. 57. C. capitulo feffili: involucro tetraphyllo patentiffimo floribus monandris. *Koenig apud Retz. obf. bot.* 5. *p.* 11.

ftoloniferus. 58. C. umbella compofita involucrata: fpiculis lanceolatis. *Koenig apud Retz. obf. bot.* 4. *p.* 10.

vifcofus. 59. C. foliis convoluto-teretibus, umbella foliofa decompofita: fpicis confertis; fpiculis compreffis ovatis patentibus. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 20.

tenuis. 60. C. umbella fimplici: fpiculis fubulatis confertis horizontali-reflexis, foliis involucri lineari-fetaceis. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 20.

filiformi. 61. C. culmo filiformi, foliis fetaceis, fpicis terminalibus feffilibus confertis tereti-fubulatis. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 20.

confertus. 62. C. umbella fimplici foliofa: fpiculis ovatis conglomeratis, glumis apice recurvis acuminatis. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 20.

β) Cyperus tenuiflorus. *Rottb. defc. & ic. pl. t.* 14 *f.* 1.

dubius. 71. C. culmo fetaceo, capitulo terminali: involucris longiffimis tetraphyllis. *Rottb. defcr. & ic. pl.* 1. *n.* 22.

conglomeratus. 72. C. capitulo terminali paniculato triphyllo, foliis fafciculatis ftrictiffimis canaliculatis. *Rottb. defcr. & ic. pl.* 1. *t.* 13. *f.* 7.

fphacelatus. 73. C. umbella fimpliciffima: fpicis alternis linearibus compreffis; flofculis margine fphacelatis. *Rottb. defcr. & ic. pl.* 1. *n.* 32.

faftigiofus. 74. C. umbella decompofita: pedunculis longiffimis filiformibus fubquinquefidis; fpicis linearibus fparfis. *Rottb. defcr. & ic. p.* 1. *n.* 41.

furinamenfis. 75. C. umbella decompofita: fpicis oblongo-ovatis glomeratis: mucronibus incumbentibus. *Rottb. defcr. & ic. pl.* 1. *t.* 6. *f.* 5.

corymbosus. 76. C. umbella supradecomposita : pedunculis filiformibus striatis corymbosis, involucro polyphyllo. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 7. *f.* 4.

flabelliformis. 77. C. culmo sulcato contorto, involucris alternis, pedunculis solitariis axillaribus terminalibusque umbellatis corymbiferis. *Rottb. descr. & ic: pl.* 1. *t.* 12. *f.* 2.

globulosus. 78. C. umbella foliosa : spicis compactis subrotundis flavicantibus. *Sloan. jamaic.* 1. *t.* 79. *f.* 1.

umbellatus. 79. C. umbella diphylla : pedunculis longissimis spicatis. *Burm. ind. t.* 9. *f.* 6.

65. SCHOENUS. *Glumæ* paleaceæ, 1valves, congestæ. *Cor.* 0. *Sem.* 1, subrotundum inter glumas.

* *culmo tereti.*

Mariscus. 1. Sch. foliis margine dorsique carina aculeatis, culmo lævi. *Scheuchz. gram. t.* 8. *f.* 7-11.

fuscus. 2. Sch. culmo folioso, foliis filiformibus canaliculatis, spicis gemellis obesis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 11. *f.* 40.

ustulatus. 3. Sch. culmo folioso, spicis pedunculatis pendulis oblongis aristatis. *Mant. p.* 178.

mucronatus. 4. Sch. culmo nudo, spiculis ovatis fasciculatis : involucro subhexaphyllo, foliis canaliculatis. *Barr. pl. rar. ic.* 203. *f.* 1. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 5.

nigricans. 5. Sch. culmo nudo, capitulo ovato; involucri diphylli valvula altera subulata longa. *Scheuchz. gram. t.* 7. *f.* 13-15.

ferrugineus. 6. Sch. culmo nudo, spica duplici : involucri valvula spicam æquante. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 40.

compar. 7. Sch. culmo nudo, spica composita : spiculis germinatis. *Mant. p.* 177. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 18. *f.* 4.

cuspidatus. 28. Sch. culmis subnudis, panicula tenuissima lineari : bracteis annularibus obliquis brevissimis cuspidatis. *Rottb. descr. & ic. pl. t.* 18. *f.* 3.

deustus. 29. Sch. culmo nudo folia æquante, capitulis oblongis : glumis calicinis subæqualibus mucronatis spicam involventibus. *Berg. fl. cap. an satis distinctus a nigricante?*

fasciatus. 30. Sch. culmis foliisque setaceis longissimis, floribus tenuissimis aristatis. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 19. *f.* 5.

radiatus. 8. Sch. culmo teretiusculo, capitulo subrotundo: involucro octophyllo longissimo. *Suppl. p.* 101.

Fabri. 31. Sch. culmo compresso, capitulo solitario: involucro maximo; squamis exterioribus folio longissimo terminatis. *Rotth. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 19. *f.* 2. *an distincti generis?*

Bobartiæ. 9. Sch. culmo compresso, capitulo terminali: involucro pentaphyllo. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 9.

cyperoides. 10. Sch. culmo compresso semitereti nudo, spicis sessilibus lanceolatis tortis: infima involucrata. *Koenig. apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 8.

restioides. 11. Sch. culmo inferne compresso-ancipiti glaberrimo, floribus paniculatis, vaginis apice lanceolatis. *Swarts nov, pl. gen. & sp. p.* 19.

compressus. 27. Sch. culmo teretiusculo subtriquetro nudo, spica secunda disticha: involucro monophyllo; flosculis uniglumis. *Leers fl. herb. t.* 1. *f.* 1. *an potius sciopi species?*

incanus. 12. Sch. caule, foliis calicibusque villoso-tomentosis aculeatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 12. *utrum hujus, an sequentis tribus?*

odoratus. 32. Sch. spica compacta subrotunda viridi. *Sloan. jam.* 1. *t.* 78. *f.* 2. *an hujus tribus?*

* * *culmo triquetro.*

bulbosus. 13. Sch. culmis nudis, florum glomerulis alternis, foliis lineari-filiformibus. *Mant. p.* 178. *Rottb. descr. & ic. pl.* 1. *t.* 16. *f.* 3.

glomeratus. 14. Sch. culmo folioso, foliis planis, floribus fasciculatis: pedunculis lateralibus geminis.

thermalis. 15. Sch. culmo folioso, capitulis lateralibus compositis subsessilibus, foliis ensiformibus carinatis. *Rottb. descr. & ic pl.* 1. *t.* 18. *f.* 2.

albus. 16. Sch. culmo subtriquetro folioso, foliis setaceis, floribus fasciculatis. *Flor. dan. t.* 320.

stellatus. 17. Sch. culmo subtriquetro, spiculis conglomeratis: involucro foliaceo basi colorato. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 78. *f.* 1.

Cladium. 18. Sch. culmo obtuse triquetro folioso lævi, foliis antrorsum aculeatis, paniculis diffusis: spiculis unifloris sessilibus diandris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 19.

effusus. 19. Sch. culmo obtuse triquetro folioso lævi, foliis antrorsum aculeatis, paniculis erectioribus: spiculis bifloris sessilibus diandris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 19.

surinamensis. 20. Sch. culmo folioso, pedunculis corymbosis: inferioribus alternis distantibus, superioribus confertis. *Rottb. descr. & ic. pl. t.* 21. *f.* 1.

cyperoides. 21. Sch. culmo folioso, umbella terminali: spiculis glomeratis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 19.

gracilis. 22. Sch. culmo folioso longissimo filiformi, spicis lateralibus pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 19.

setaceus. 23. Sch. culmo subnudo, foliis setaceis, spiculis aggregatis, flosculis diandris. *Rottb. desc. & ic. pl. t.* 21. *f.* 2.

pusillus. 24. Sch. culmo nudo filiformi, spiculis terminalibus subfasciculatis sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 20.

capillaris. 25. Sch. culmo nudo foliisque capillaribus, spiculis fasciculatis reflexis involucratis: involucro diphyllo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 20.

umbellatus. 26. Sch. culmo inferne folioso, umbella terminali: capitulo medio sessili. *Jacq. collect.* 1. *p.* 113. *Walt. flor. carol. p.* 70?

tuberosus. 33. Sch. capitulis ternis sessilibus: involucro longissimo viridi, radice tuberosa. *Rheed. hort. malab.* 12. *t.* 12.

paniculatus. 34. Sch. culmo folioso, panicula colorata: calicibus aristatis, seminibus globosi lævibus. *Rumpf amb.* 6. *t.* 8. *f.* 1.

1046. CAREX.

Amentum imbricatum. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* 0.
♀. *in* eadem cum ♂. planta. *Nectarium* inflatum 3dentatum. *Stigm.* 3. vel 1-3fidum. *Sem.* 3quetrum intra nectarium.

* *semine globoso albo nitido, subosseo.* Scleriæ Bergii & Retzii.

lithosperma. 1. C. culmo triquetro erecto, foliis margine scabris. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 11. *f.* 16.

mitis. 2. C. culmo triquetro scandente foliisque lævibus. *Bergius act. Stockh.* 1765. *p.* 145. *t.* 5.

Flagellum. 104. C. culmo triquetro scandente scaberrimo, foliis trifariam retrorsum aculeatis. *Berg. act. Stockh.* 1765. *p.* 144. *t.* 4. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 7.

latifolia. 105. C. culmo triquetro erecto lævi, foliis nervosis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 18.

subulata. 106. C. culmo simplici filiformi, foliis subulatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 19.

hirtella. 107. C. culmo simplici filiformi pubescente, foliis linearibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 79.

lævis. 3. C. culmo folioso, foliis inermibus, paniculæ ramis diversis involucratis, spicis masculis sessilibus pedunculatisque. *Retz. obs. bot.* 5. *p.* 13.

tenuis. 4. C. culmo folioso, foliis inermibus, panicula capillari: floribus sessilibus; exteriore masculo, inferiore femineo. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 13.

Boæformis. 5. C. culmo aphyllo, paniculæ contractæ ramis flexuosis: spiculis sessilibus bifloris; femineis axillaribus. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 13.

* * *semine ex ovato triquetro.*

† *spica unica simplici.*

dioica. 1. C. spica dioica. *Flor. dan. t.* 369. *Stigma* 2*fidum.*

capitata. 2. C. spica androgyna ovata superne mascula, capsulis imbricato-patulis. *Flor. dan. t.* 372.

pulicaris. 3. C. spica androgyna superne mascula, capsulis reflexis: feminibus teretibus. *Suppl. p.* 413. *Flor. dan. t.* 166. *Stigma* 2*fidum.*

squarrosa. 5. C. spica androgyna cylindrica inferne mascula, capsulis imbricatis horizontalibus.

Halleri. 6. C. spica ovata androgyna superne & inferne mascula; capsulis rotundis hirsutis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *p.* 183. *n.* 1352.

uncinata. 7. C. spica androgyna lineari superne mascula: aristis feminarum uncinatis, masculis muticis. *Suppl. p.* 413. *Swarts nov. pl. gen.* Carex hamata.

Leucoglochin. 4. C. ſpica androgyna ſuperne maſcula, capſulis reflexis, feminibus triquetris. *Suppl. p.* 413. *Stigma 3fidum. Ehrh. phytoph. n.* 8.

cyperoides. 8. C. capitulo terminali ſubrotundo: floribus ſimpliciſſimis ſubulatis, involucro longo. *Schreber gram. t.* 28. *f.* 3. Carex bohemica.

hermaphrodita. 9. C. ſpica lineari hermaphrodita, feminibus denudatis, foliis culmoque ſetaceis. *Villars fl. delph.* 2. *p.* 194. *t.* 6. *an vera hujus generis ſpecies?*

†† *ſpicis pluribus.*

⊢ *androgynis.*

baldenſis. 10. C. ſpicis ternis congeſtis ſeſſilibus ovatis triquetris: involucro diphyllo. *C. Bauh. prodr. th. bot. t.* 13.

arenaria. 11. C. ſpica compoſita: ſpiculis inferioribus remotioribus foliolo longiori inſtructis, culmo triquetro. *Fl. dan. t.* 425. *Stigm. 2fidum.*

uligionſa. 12. C. ſpica compoſita: ſpiculis inferioribus remotioribus foliolo longiori inſtructis, culmo tereti. *Mant. p.* 494.

β) *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 80. *n.* 10. Schoenus compreſſus. *Krock. fl. ſil. t.* 11.

leporina. 13. C. ſpica compoſita: ſpiculis ovatis ſeſſilibus approximatis alternis nudis. *Scheuchz. gram. t.* 10. *f.* 15. *Stigma bifidum.*

vulpina. 14. C. ſpica ſupradecompoſita inferne laxiore: ſpiculis ovatis glomeratis ſuperne maſculis. *Flor. dan. t.* 308. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 2. *f.* 6. *Stigma bifidum.*

ſpicata. 109. C. ſpiculis ſubrotundis androgynis contiguis, capſulis ovatis acutis. *Hudſ. flor. angl.* 405. *Mich. nov. pl. gen. t.* 33. *f.* 14.

brizoides. 15. C. ſpica compoſita diſticha nuda: ſpiculis oblongis contiguis, culmo nudo. *Michel. n. pl. gen. t.* 33. *f.* 17.

Chordorhiza. 16. C. ſpica compoſita: ſpiculis approximatis ſuperne maſculis, capſulis compreſſis, radice repente filiformi. *Suppl. p.* 414. *Ehrh. phytoph. n.* 77.

Heleonaſtes. 17. C. ſpica compoſita: ſpiculis approximatis ſuperne femineis, capſulis imbricatis lateribus integerrimis. *Suppl. p.* 414. *Ehrh. phytoph. n.* 28.

distich a. 18. C. composita subdisticha : spiculis ovatis subimbri-catis folio longiori instructis, culmo triquetro. *Leys. fl. Hal. n.* 937.

præcox. 19. C. spica composita disticha nudiuscula : spiculis con-tiguis teretibus rectis, culmo superne nudo. *Schreb. fl. lips. spic. p.* 63. *Jacq. fl. austr. t.* 446.

curvula. 20. C. spica composita : spiculis approximatis ; glumis aristatis, capsulis conicis apice bifidis. *Haller. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1353. *Stigma 2fidum.*

fœtida. 21. C. spica composita pentagono-conica : spiculis approxi-matis, capsulis semiconicis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1355. *Scheuchz. it. alp.* 6. *f.* 18.

lobata. 22. C. spica composita : spicis ternis, capsulis ventricosis mucronatis. *Haller. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1356. *All. lion pedem. t.* 92. *f.* 5.

Poireti. 112. C. spica composita brevissima : spiculis ovatis congestis sessilibus pubescentibus. *Poir. voy. en Barbar.* 2. *p.* 254.

microsta-chya. 23. C. spicis approximatis oblongis inferne masculis, late-ralibus subfemineis, intermediis minimis paucifloris, terminali maxima, capsulis appressis. *Ehrh. Hann. Mag.* 1784. *p.* 132.

β) *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1367.

indica. 24. C. spicis cylindricis paniculatis pinnatis : flosculis ali-quot infimis femineis. *Mant. p.* 574.

brunnea. 25. C. spicis pedunculatis linearibus superne masculis. *Thunb. fl. jap. p.* 38.

echinata. 26. C. spiculis sessilibus subovatis remotis inferne masculis, capsulis acutis mucronatis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 395.

muricata. 27. C. spiculis subovatis sessilibus remotis superne mas-culis, capsulis acutis bicuspidatis. *Fl. dan. t.* 284. *Stigma bifidum.*

loliacea. 28. C. spiculis subovatis sessilibus remotis, capsulis ovatis teretiusculis muticis divaricatis. *Michel. n. pl. gen. t.* 33. *f.* 10. *Stigma 2fidum.*

remota. 29. C. spicis ovatis subsessilibus remotis : bracteis culmum æquantibus. *Flor. dan. t.* 370. *Stigma 2fidum.*

β) Carex axillaris. *Sp. plant.* 1384. *Mich. n. pl. gen. t.* 33. *f.* 16.

elongata. 30. C. spiculis oblongis sessilibus remotis, capsulis ovatis acutis. *Leers fl. herb. t.* 14. *f.* 7. *Stigma 2fidum.*

canescens. 31. C. spiculis subrotundis remotis sessilibus obtusis, capsulis ovatis obtusiusculis. *Flor. dan. t.* 285. *Stigma 2fidum.*

panicula-ta. 32. C. racemo composito: spiculis androgynis. *Leers fl. herb. t.* 14. *f.* 4. *Stigma 2fidum.*

diandra. 33. C. racemo simplici arcto: spiculis androgynis; flosculis masculis diandris. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 396.

⊢⊢ *spicis sexu distinctis.*

┐ *una planta.*

┬ *spica mascula unica.*

⊥ *femineis sessilibus.*

flava. 34. C. spicis confertis subsessilibus subrotundis: mascula lineari, capsulis acutis recurvis. *Leers fl. herb. t.* 15. *f.* 6. *Stigma 3fidum.*

pedata. 35. C. spicis femineis oblongis: inferiore axillari, foliis subfiliformibus. *Mich. n. pl. gen. t.* 32. *f.* 14.

digitata. 36. C. spicis linearibus erectis: mascula breviore inferioreque bracteis aphyllis, capsulis distantibus. *Leers fl. herb. t.* 16. *f.* 4. *Stigma 2fidum.*

montana. 37. C. spicis femineis subsolitariis ovatis masculæ approximatis, culmo nudo, capsulis pubescentibus. *Flor. dan. t.* 444? *Stigma 3fidum.*

β) *Hall. hist. stirp. Helv. n.* 1373.

tomento-sa. 38. C. spicis femineis subpedunculatis, capsulis subglobosis tomentosis. *Mant. p.* 123. *Mich. n. pl. gen. t.* 132. *f.* 13?

glomera-ta. 39. C. spica mascula oblonga, feminea sessili ovata, folio florali breviori approximata.

filiformis. 40. C. spicis oblongis: feminea inferiore foliolo proprio breviore. *Leers fl. herb. t.* 16. *f.* 5.

pilulifera. 41. C. spicis terminalibus confertis subrotundis: mascula oblonga, culmo nudo. *Pluckn. alm. t.* 91. *f.* 8.

saxatilis. 42. C. spicis tribus ovatis sessilibus alternis: mascula oblonga. *Flor. dan. t.* 159.

tristachya. 43. C. spicis tribus sessilibus linearibus: mascula longiore. *Thunb. fl. jap. p.* 38.

aspera. 44. C. spica mascula solitaria longe pedunculata lineari: femineis remotis subternatis oblongis, capsulis squamis majoribus, culmo retrorsum hispido. *Willd. pr. fl. Berol. n.* 102.

ſplendida. 45. C. ſpicis remotis : maſcula ſubſolitaria lineari ; fe-mineis geminatis ovatis, capſulis bifidis lana ſplendida tectis, bracteis longiſſimis. *Willd. pr. fl. Berol. n.* 105.

globularis. 46. C. ſpicis ternis approximatis : maſcula filiformi ; femineis ſubrotundis ſuperne echinatis. *Villar. pl. Delph.* 2. *p.* 211. *n.* 27.

proſtrata. 47. C. culmo ſeneſcente proſtrato, ſpicis femineis adpreſſis : glumis maximis, capſulis ſubdiſpermis. *Hall. h. ſtirp. Helv. n.* 1379. *Scheuchz. agroſtogr. t.* 10. *f.* 1.

caryophyllæa. 48. C. culmo triquetro ſubnudo, ſpicis approximatis ovatis. *Hall. hiſt. ſt. Helv. n.* 1371. *Scheuchz. agroſtogr. t.* 10. *f.* 10. & *t.* 11. *f.* 12.

juncifolia. 49. C. culmo ſuperne nudo, ſpicis approximatis breviſſimis ; maſcula pauliſper longiore, glumis lanceolatis mucronatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1374.

tenuifolia. 113. C. ſpica maſcula oblonga, femineis ſeſſilibus minoribus. *Poir. voy. en Barbar.* 2. *p.* 254. *an ſatis diſtincta?*

triceps. 114. C. ſpica maſcula ovata terminali majore, femineis contiguis : ſquamis obtuſis. *Scheuchz. agroſtogr. t.* 10. *f.* 8. 9.

ericetorum. 115. C. ſpica maſcula oblongo-ovata, femineis approximatis, brevibus ovatis : ſquamis rotundatis margine membranaceis, ſtigmate trifido, capſulis ſubtomentoſis. *Schranck baier. Flor.* 1. *p.* 287.

⊥ ⊥ *femineis pedunculatis.*

limoſa. 50. C. ſpicis ovatis pendulis : maſcula longiore erectiore, radice repente. *Flor. dan. t.* 646.

capillaris. 51. C. ſpica maſcula erecta, femineis pendulis oblongis diſtichis, capſulis nudis acuminatis. *Flor. dan. t.* 168.

palleſcens. 52. C. ſpica maſcula erecta : femineis pendulis ovatis imbricatis, capſulis confertis obtuſis. *Leers fl. herb. t.* 15. *f.* 4.

panicea. 53. C. ſpicis pedunculatis erectis remotis ; femineis linearibus, capſulis obtuſiuſculis inflatis. *Flor. dan. t.* 261.

folliculata. 54. C. ſpicis terminalibus pedunculatis : maſcula feminea-que, capſulis ſubulatis longitudine ſpicæ. *Pluckn. mant. t.* 419. *f.* 1.

ceſpitoſa. 55. C. ſpicis erectis cylindricis ternis ſubſeſſilibus : maſcula terminali, culmo triquetro. *Scheuchz. agroſtogr. t.* 10. *f.* 11.

β) *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1383.

distans. 56. C. spicis remotissimis subsessilibus : bractea vaginali, capsulis angulatis mucronatis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 18.

japonica. 57. C. spicis erectis : femineis ovatis, mascula terminali lineari pedunculata. *Thunb. fl. jap. p.* 38.

leptastachys. 58. C. spicis femineis remotis pendulis filiformibus, capsulis remotis apice integris. *Suppl. p.* 414. *Ehrh. phytoph. n.* 48. *Stigma 3fidum.*

humilis. 59. C. spica mascula oblonga : femineis serioribus remotis subpedunculatis paucifloris, culmo foliis breviore. *Leyser fl. Hal.* 845. *Scheuchz. agrostogr. t.* 10. *f.* 1. *Stigma 3fidum.*

ferruginea. 60. C. spicis erectis lanceolatis : mascula terminali pedunculata; femineis remotis tenuioribus. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 400. *n.* 40.

elegans. 61. C. spica mascula erecta lineari, femineis (aut feminea) geminatis pendulis, capsulis distichis acuminatis squama minoribus. *Willd. pr. fl. Berol. n.* 104.

mutabilis. 62. C. spicis cylindricis : mascula nutante longissima; capsulis squamis longioribus. *Willd. pr. fl. Berol. n.* 109.

silvatica. 63. C. spica mascula erecta : femineis pendulis filiformibus laxis pedunculo brevioribus, capsulis ovatis aristatis furcatis. *Leys. fl. hal. n.* 962. *Ehrh. phytoph. n.* 58. Drymeja.

pendula. 110. C. spicis subsessilibus pendulis : mascula erecta, femineis cylindricis longissimis, capsulis subrotundis acuminatis. *Curt. flor. Londin. t.* 180.

argentea. 64. C. spicis teretibus laxis acutis : glumis bractea pellucida latiore acutis, foliis erectis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1377. *Scheuchz. agr. t.* 10. *f.* 3-5.

alpina. 65. C. spicis erectis subsessilibus : inferioribus axillaribus; mascula tereti elongata, capsulis ovatis breviter mucronatis. *Hall. hist. stirp.* 2. *n.* 1378.

nemorosa. 66. C. spica mascula obtusa : femineis erectis tenuissimis laxis : glumis alternis remotis. *Haller. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1379.

verna. 67. C. foliis cespitosis brevibus, spicis consertis erectis subpetiolatis brevibus, capsulis ovato-triquetris. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1381.

dissimilis. 68. C. spicis femineis sessilibus: ima pedunculata, glumis perangustis. *Haller. hist. stirp. Helv.* 2. n. 1384.

rhizantha. 69. C. spicis minutis paucifloris: feminea superiore sessili, inferiore pedunculata radicali, capsulis triquetris elongatis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. n. 1385.

gynobasis. 70. C. spicis paucifloris: feminea inferiore pedunculata radicali; superiore sessili, capsulis ovatis. *Haller. hist. stirp. Helv.* 2. n. 1386.

spadicea. 71. C. spica mascula ovata obtusa: femineis minoribus paucifloris; suprema approximata minima sessili, reliquis axillaribus, capsulis bifidis. *Haller. hist. stirp. Helv.* 2. n. 1388.

Scheuchzeri. 72. C. culmo folioso, foliis retrorsum hispidis, spicis gracilibus: femineis minoribus. *Scheuchz. agr. p.* 413. *t.* 10. *f.* 6.

patula. 73. C. culmo folioso, foliis retrorsum hispidis, spicis gracilibus: femineis pendulis laxis prælongis, capsulis rostratis bifidis. *Flor. dan. t.* 404.

sempervirens. 74. C. foliis duris perennibus, spicis atro-fuscis: mascula oblonga; femineis binis brevioribus laxis. *Villars fl. delph.* 2. *p.* 214. *n.* 31.

sinensis. 75. C. spicis erectis: femineis quaternis, capsulis acuminatis. *Bladh. apud Retz. obs. bot.* 3. *p.* 42.

† † *Spicis masculis pluribus.*

acuta. 76. C. spicis femineis subsessilibus, capsulis obtusiusculis.
α) nigra. *Curtis flor. Lond. t.* 281.
β) rufa. *Curtis flor. Lond. t.* 280.

gracilis. 111. C. spicis masculis femineisque pluribus subfiliformibus, floribus digynis. *Curt. flor. Lond. t.* 282.

miliacea. 116. C. spicis masculis terminalibus cylindricis, femineis ovatis: inferioribus subnutantibus, superioribus subsessilibus. *Gmel. flor. sibir.* 1. *t.* 30. *f.* 1.

vesicaria. 77. C. spicis femineis pedunculatis, capsulis inflatis acuminatis. *Fl. dan. t.* 647.

hirta. 78. C. spicis remotis: femineis subpedunculatis erectis, capsulis hirtis. *Flor. dan. t.* 379.

pumila. 79. C. spicis masculis duabus terminalibus sessilibus, femineis duabus pedunculatis oblongis erectis. *Thunb. fl. jap. p.* 39.

80.

Agastachys. 80. C. spicis femineis pedunculatis remotis, pendulis longissimis, capsulis numerosissimis maxime approximatis laxis acuminatis. *Suppl. p.* 414. *Ehrh. phytoph. n.* 19. *Stigma 3fidum.*

lasiocarpa. 81. C. spicis remotis: masculis femineisque duabus cylindricis erectis subsessilibus, bracteis brevioribus, capsulis ovatis hirsutis apice divisis. *Ehrh. Hannoev. Mag.* 1784. *p.* 132.

flacca. 82. C. spicis masculis erectis: femineis pendulis, capsulis ovatis obtusis bractea brevioribus. *Schreb. sp. fl. Lips. app. Barrel. ic.* 113. *f.* 11.

glauca. 83. C. spicis femineis pendulis, capsulis ovato-triquetris confertis. *Leys. fl. hal. n.* 960. *Mich. n. pl. gen. t.* 32. *f.* 12.

β) *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1407.

hordeistichos. 84. C. foliis cespitosis triangularibus culmo longioribus; spicis masculis linearibus: femineis sessilibus; inferioribus subterraneis. *Villars fl. Delph.* 2. *p.* 221. *n.* 43. *t.* 6.

palustris. 85. C. spicis femineis sessilibus, capsulis ovatis brevissime mucronatis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1400.

torfacea. 86. C. spicis femineis teretibus pendulis, capsulis conicis rostratis bicornibus. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1409.

ternaria. 87. C. spicis tumidis erectis: masculis duabus; terminali sessili, altera subpedunculata, feminea pedunculata. *Flor. tub. p.* 288. 289.

bifurca. 117. C. culmo triquetro, spicis gracilibus æqualibus: femineis erectis, capsulis rostro bicorni. *Schranck baier. flor.* 1. *p.* 304.

††† *spicis androgynis & masculis.*

polygama. 88. C. spicis masculis terminalibus; androgynis superne masculis axillaribus pendulis. *Flor. tub. p.* 286.

erecta. 89. C. spicis masculis terminalibus approximatis erectis, androgynis superne masculis pedunculatis axillaribus erectis. *Flor. tub. p.* 289.

paradoxa. 90. C. spicis duabus supremis masculis oblongis gracilibus simplicibus: reliquis compositis spiculis inferioribus confertis masculis; terminali androgyna superius mascula. *Flor. tub. p.* 290.

⊢ ⊢ ⊢ ⊢ *spicis androgynis & femineis.*

atrata. 91. C. spicis androgynis inferne masculis terminalibus pedunculatis : florentibus erectis ; fructiferis pendulis. *Flor. dan. t.* 158.

Pseudo-cyperus. 92. C. spicis pendulis : pedunculis geminatis : unica androgyna inferne mascula. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 5.

frigida. 93. C. spicis pedunculatis : terminali androgyna superne mascula, reliquis femineis distichis, capsulis longe mucronatis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1391.

⊢ ⊢ ⊢ ⊢ ⊢ *spicis masculis, androgynis & femineis.*

brachystachys. 94. C. spica terminali mascula, media androgyna superne mascula, inferioribus femineis sessilibus, capsulis ovato-triquetris. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1387.

cernua. 95. C. spicis prælongis : androgynis femineisque subsessilibus pendulis, capsulis mucronatis ovatis. *Haller hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1396. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 12. *f.* 4.

mixta. 96. C. spica terminali mascula, altera androgyna superne mascula, reliquis femineis sessilibus, capsulis breviter bifurcatis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1398.

fusca. 97. C. spicis masculis androgynisque pluribus, femineis sessilibus capsulis ellipticis subbifidis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1399.

marcida. 98. C. foliis retrorsum asperis, spicis masculis androgynisque marcidis : femineis gracillimis ; suprema sessili, reliquis longissime petiolatis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1402.

oblonga. 99. C. spicis oblongis : mascula terminali sessili ; androgyna femineaque pedunculatis erectis. *Flor. tub. p.* 286.

nutans. 100. C. spicis oblongis ; masculis sessilibus ; femineis nutantibus androgynaque media suberecta pedunculatis axillaribus. *Flor. tub. p.* 286.

ferax. 101. C. spica terminali mascula sessili, reliquis masculis cum androgynis superne masculis & femineis pedunculatis erectis, capsulis inflatis acuminatis. *Flor. Tubing p.* 288.

inæqualis. 102. C. spica mascula sessili, androgyna media inferne mascula erecta femineaque subnutante pedunculatis. *Flor. tub. p.* 289.

quinata. 103. C. spicis masculis terminalibus androgynaque media inferne mascula sessilibus, femineis pedunculatis erectis. *Flor. tub. p.* 289.

†† *in diversis plantis.*

myosuroides. 105. C. floribus femineis calice corollaque destitutis. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* I. *t.* 2. *f.* 8.

1040. TYPHA. *Amentum* cylindricum. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* obsoletus, 3phyllus.
♀. *Flores in eadem planta infra* ♂. *Cal.* capillo villoso. *Sem.* 1. insidens pappo capillari.

latifolia. 1. T. foliis subensiformibus, spica mascula femineaque approximatis. *Curt. flor. Lond. t.* 171. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* I. *t.* 2. *f.* 1.

angustifolia. 2. T. foliis semicylindricis, spica mascula femineaque remotis. *Curt. flor. Lond. t.* 169.

1041. SPARGANIUM. *Flores* conglobati monoici.
Cor. 0.
♂. *Cal.* 3phyllus.
♀. *Cal.* 6phyllus. *Stigma* 2fidum.
Drupa exsucca, supera, 1locularis, 1-2sperma.

erectum. 1. Sp. foliis erectis lineari-lanceolatis: nervo elevato. *Mant. p.* 494. *Dod. pempt.* 601. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* I. *t.* 19. *f.* 4.

natans. 2. Sp. foliis decumbentibus linearibus obtusis. *Mant. p.* 494. *Fl. dan. t.* 260.

simplex. 3. Sp. foliis basi triangularibus: lateribus planis, pedunculis simplicibus. *Curt. flor. Londin.*

1042. ZEA. ♂. *in* diſtinctis ſpicis. *Cal.* Gluma 2flora mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* Gluma 2valvis. *Cor.* Gluma 2valvis. *Stilus* filiformis, pendulus. *Sem.* ſolitaria receptaculo oblongo immerſa.

Mays. 1. Z. foliis integerrimis. *Blackw. herb. t.* 547. a. b. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 9.

Curagua. 2. Z. foliis ſerratis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 107.

1147. APLUDA. *Cal.* Gluma communis bivalvis: *floſculo femineo* ſeſſili, *maſculiſque* pedunculatis, utrinque *cal.* o. *cor.* bivalvi.
♀. *Sem.* 1. tectum.

mutica. 1. A. foliis lanceolatis, floſculis omnibus muticis.

ariſtata. 2. A. foliis lanceolatis floſculis maſculis muticis, ſeſſili ariſta terminali.

Zeagiter. 3. A. foliis ovatis, floſculis maſculis muticis, ſeſſili ariſta terminali. *Brown. jam. t.* 4. *f.* 3.

digitata. 4. A. ſpicis digitatis ſecundis. *Suppl. p.* 434.

ſcirpoides. 5. A. foliis longis lanceolatis, culmo ramoſo paniculato, floſculis muticis. *Walt. flor. carol. p.* 250.

1045. OLYRA. ♂. *Cal.* Gluma 1flora, ariſtata. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* Gluma 1flora, patula, ovata. *Stilus* 2fidus. *Sem.* cartilagineum.

latifolia. 1. O. panicula terminali. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 64. *f.* 2.

pauciflora. 2. O. floribus axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 21.

1043. COIX. *Cal.* Gluma 2flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.

♂. o. in ſpicis remotis.

♀. *Stilus* 2partitus. *Sem.* receptaculo indurato nuciformi tectum, ovatum.

Lacryma. 1. COIX. *Regn. bot. t.* 272. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 10.

β) Coix gigantea. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 211.

THEMEDA. ♂. pedicellati mutici. *Cal.* 1valvis, 1florus. *Cor.* 2valvis.

☿. ſeſſilis interior. *Cal.* 1valvis. *Cor.* 2valvis. *Ariſta* ex receptaculo longiſſima.

Polygama. 1. THEMEDA. *Forsk. Fl. æg. arab. p.* 178.

1334. MANISURIS. *Cal.* Gluma 2valvis, 1flora: valva exteriore lateribus apiceque emarginata. *Cor.* calice minor.

☿. *Stilus* 2fidus.

♂. lateris inferioris ejuſdem ſpicæ magis exſtantes.

myuros. 1. MANISURIS. *Mant. p.* 300.

1149. CENCHRUS. *Involucrum* laciniatum echinatum 2florum. *Cal.* gluma 2flora: altero flosculo masculo, altero hermaphrodito. *Cor.* Gluma mutica.
☿. *Sem.* 1.

racemosus. 1. C. panicula spicata, glumis muricatis setis ciliaribus. *Schreb. gram.* 45. *t.* 4. *an distincti generis?*

lappaceus. 2. C. paniculæ ramis simplicissimis, corollis retrorsum hispidis, calicibus trivalvibus.

muricatus. 3. C. spica muricata: squamis variis mucronatis. *Schreb. gram.* 2. *p.* 69. *t.* 34.

capitatus. 4. C. spica ovata simplici. *Col. ecphr.* 1. *t.* 338. *f.* 1.

echinatus. 5. C. spica oblonga conglomerata. *Schreb. gram.* 9. *t.* 23. *f.* 1.

tribuloides. 6. C. spica glomerata: glumis femineis globosis muricato-spinosis hirsutis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 65. *f.* 1.

carolinianus. 7. C. spica glomerata, glumis globosis muricato-spinosis lævibus. *Walt. flor. carol. p.* 79.

ciliaris. 8. C. spica involucellis setaceis ciliatis quadrifloris. *Mant. p.* 302. *Giseck ic.* 1. *t.* 23.

granularis. 9. C. racemis geminis, fructibus globosis rugoso-reticulatis. *Mant. p.* 575. *An ad genus præcedens amandandus?*

frutescens. 10. C. capitulis lateralibus sessilibus, foliis mucronatis, caule fruticoso. *Pr. alp. exot. t.* 104.

setosus. 11. C. spica lineari-oblonga: involucris setosis; setis inermibus, interioribus basi villosis; villis ciliatis, glumis lævibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 26.

DIGYNIA.

PLANERA. *Flores* monoici. *Cor.* 0. *Cal.* 4phyllus, ♀. *Stil.* reflexi. *Nux* hinc carinata, inde obtusa, squamosa, 1locularis.

aquatica. 1. PLANERA. *Walt. flor. carol. p.* 230.

1047. AXYRIS. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 1locularis.

ceratoides. 1. A. foliis lanceolatis tomentoſis, floribus femineis lanatis. *Jacq. ic. pl. rar.* 1. *t.* 36.

amaranthoides. 2. A. foliis ovatis, caule erecto, ſpicis ſimplicibus. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 3. *Loculi circulares.*

hybrida. 3. A. foliis ovatis, caule erecto, ſpicis conglomeratis. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 4. *f.* 1.

proſtrata. 4. A. foliis obovatis, caule ſubdiviſo, floribus capitatis. *Gmel. fl. ſib.* 3. *t.* 4. *f.* 2.

71. BOBARTIA. *Cal.* imbricatus. *Cor.* gluma 2-valvi, ſupera.

indica. 1. BOBARTIA. *Pluckn. mant. t.* 300. *f.* 7.

72. CORNUCOPIÆ. *Involucrum* 1phyllum, infundibuliforme multiflorum. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis.

cucullatum. 1. C. ſpica mutica cucullo crenato. *Pet. gaz. t.* 73. *f.* 5.

alopecuroides. 2. C. ſpica ariſtata, cucullo hemiſphærico recepta. *Mant. p.* 29. *Alopecuro pratenſi valde affinis.*

altiſſimum. 3. C. panicula coarctata, culmo erecto duro. *Walt. flor. carol. p.* 74.

perennans. 4. C. panicula elongata diffuſa: ramis trichotomis verticillatis, culmis ſubdecumbentibus. *Walt. flor. carol. p.* 74.

hyemale. 5. C. panicula diffuſa verticillata, foliis teretiuſculis, culmo erecto. *Walt. flor. carol. p.* 73.

73. SACCHARUM. *Cal.* 2valvis, 1florus, basi lanugine longa cinctus, (interdum o.) *Cor.* 2valvis. *Nectar.* 2phyllum, minimum.

ſpontaneum. 1. S. foliis convolutis, panicula effuſa: ſpicis capillaribus ſimplicibus; floribus remotis involucratis geminatis, altero pedunculato. *Suppl. p.* 106. *Mant. p.* 183. *Rheed. h. malab.* 12. *t.* 46.

officinarum. 2. S. floribus paniculatis, foliis planis. *Planck. pl. med. ic.* 40.

Ravennæ. 3. S. panicula laxa: rachi lanata, floribus ariſtatis. *Spec. pl. p.* 1481. Andropogon Ravennæ. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 8. *f.* 32.

Teneriffæ. 4. S. foliis ſubulatis planis, floribus paniculatis muticis, involucro piloſo nullo, calice villoſiſſimo. *Suppl. p.* 106.

polyſtachyon. 5. S. floribus paniculatis: ſpicis filiformibus longiſſimis faſtigiatis, floſculis remotiuſculis. *Swarts nov. pl. gen.* & *ſp. p.* 21.

arundinaceum. 6. S. paniculæ confertæ pedunculis diviſis: floſculis geminis ſeſſili pedicellatoque; corollis trivalvibus polygamis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 14. *An ſatis diſtinctum a ſequente?*

bengalenſe. 7. S. paniculæ confertæ pedunculis diviſis: floſculis geminis ſeſſili pedicellatoque, corollis bivalvibus hermaphroditis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 16. *n.* 27.

biflorum. 8. S. panicula ſecunda: calicibus unifloris geminatis extus lanatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 16. *n.* 50.

Thunbergii. 9. S. panicula ſpicata: floribus diandris, culmi geniculis nudis, foliis convolutis. *Thunb. apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 17. *n.* 29.

Koenigii. 10. S. panicula ſpicata: floribus diandris, culmi geniculis barbatis, foliis planis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 203. & *Retz. obſ. bot. p.* 16. *n.* 28. *An vere conſtanterque diſtinctum a ſpicato?*

ſpicatum. 11. S. floribus ſpicatis, foliis undatis. *Cal.* o. *Cor. valva utraque ariſtata. Rheed. h. malab.* 12. *t.* 62. *an potius diſtincti generis?*

hirsutum. 12. S. spica hirsuta: spiculis geminis; altera sessili, altera pedicellata. *Forsk. fl. æg. ar. p. 16. n. 51.*

74. PHALARIS. *Cal.* 2plex, 1florus, uterque 2valvis, carinatus longitudine æqualis; corollam includens. *Nect.* 2phyllum.

canariensis. 1. Ph. panicula subovata spiciformi: glumis carinatis pilosis: nectariis binis. *Schreb. gram. t. 10. f. 2. Plenck. pl. med. ic. 41.*

minor. 2. Ph. panicula spiciformi cylindrica: calicibus carinatis nudis, nectario solitario. *Retz. obs. bot. 3. p. 8.*

bulbosa. 3. Ph. panicula cylindrica: glumis carinatis.

nodosa. 4. Ph. panicula oblonga, foliis ringentibus. *Mant. p. 557.*

aquatica. 5. Ph. panicula spiciformi ovato-oblonga: glumis carinatis lanceolatis. *Barr. pl. rar. ic. 700. f. 1.*

phleoides. 6. Ph. panicula cylindrica spiciformi glabra passim vivipara. *Flor. dan. t. 531.*

utriculata. 7. Ph. panicula spicata: petalis arista articulata, vagina supremi folii spathiformi. *Scop. del. insubr. 1. t. 12.*

alpina. 8. Ph. panicula spicata cylindrica hirsuta: glumis calicinis lanceolatis aristatis carina ciliato-hirsutis. *Barr. pl. rar. ic. 21. n. 2.*

paradoxa. 9. Ph. panicula cylindrica: flosculis mucronatis; neutris plurimis, infimis præmorsis. *Linn. fil. dec. 35. t. 18. Schreb. gram. t. 12.*

arundinacea. 10. Ph. panicula oblonga ventricosa ampla. *Flor. dan. 259. Leers fl. herb. t. 7. f. 3.*

erucæformis. 11. Ph. panicula secunda lineari, calicibus bifloris. *Gmel. fl. sib. 1. t. 29.*

zizanioides. 12. Ph. panicula simplicissima: floribus muricatis: altero sessili. *Mant. p. 183.*

oryzoides. 13. Ph. panicula effusa: glumarum carinis ciliatis, calice nullo. *Schreb. gram. t. 22. utrum Leersiæ species, an distincti penitus generis?*

aspera. 14. Ph. panicula spicata tereti: calicibus obcordatis mucronatis. *Retz. obs. bot. 4. p. 14.*

semiverticillata. 15. Ph. paniculæ ramis semiverticillatis patentibus: spiculis muticis ciliatis, foliis glabris. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 17.

disticha. 16. Ph. panicula mutica ovata, foliis distichis involutis, culmo ramoso repente. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 17.

cristata. 17. Ph. panicula spiciformi oblonga: valva calicina utrinque crista calice duplo longiore. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 17.

velutina. 18. Ph. spicis alternis filiformibus, culmo foliisque villosissimis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 17.

dentata. 19. Ph. spica cylindrica: glumis muticis carinatis, carina dentata dentibus apice globosis. *Suppl. p.* 106.

hispida. 20. Ph. spicis digitatis: glumis scabris, foliis ovatis. *Thunb. fl. jap. p.* 44.

setacea. 21. Ph. spicata: spiculis solitariis; involucris setaceis flore sesquilongioribus. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 17.

vaginiflora. 22. Ph. culmis repentibus, spicis capitatis sessilibus axillaribus: calice inæquali corolla angustiori. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 18. *Vix hujus generis.*

muricata. 23. Ph. spica cylindrica: floribus geminatis, calice fructifero aculeato. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 202.

coroliniana. 24. Ph. panicula spicata ovata, petalis aristatis, calicibus striatis. *Walt. flor. carol. p.* 74.

SYNTHERISMA. *Cal.* 1florus, 2valvis: valvis planis: exteriore majore coroll. 2valvem æqualem lateribus subamplexante.

præcox. 1. S. culmo decumbente, spica composita: spiculis secundis; dentibus bifloris. *Walt. flor. carol. p.* 76.

serotinum. 2. S. culmo decumbente, spica composita: spiculis secundis; dentibus trifloris. *Walt. flor. carol. p.* 76.

villosum. 3. S. culmo erecto, panicula rerminali: spiculis secundis; dentibus bifloris. *Walt. flor. carol. p.* 77.

75. PASPALUM. *Cal.* 2valvis, orbiculatus. *Cor.* ejuſdem magnitudinis. *Stigmata* penicilliformia.

diſſectum. 1. P. ſpicis alternis: rhachi membranacea; floribus alternis apice piloſis. *Pluckn. mant. t.* 350. *f.* 2.

ſcrobiculatum. 2. P. ſpicis alternis: rhachi membranacea, floribus alternis; calicibus multinerviis ſcrobiculatis. *Mant. p.* 29.

villoſum. 3. P. ſpicis alternis ſecundis: rhachi hirſuta, floribus duplici ordine alternis ſecundis. *Thunb. fl. jap. p.* 45.

hirſutum. 4. P. ſpicis alternis ſubbinis: rhachi membranacea, calicibus multinerviis lævibus, foliis pedicelliſque hirſutis. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 7.

diſtichon. 5. P. ſpicis duabus: altera ſeſſili; floribus acuminatis.

conjugatum. 6. P. ſpicis duabus horizontalibus conjugatis: ſpiculis ovatis, culmo erecto, foliis involutis. *Berg. act. helv.* 7. *t.* 8.

vaginatum. 7. P. ſpicis duabus: ſpiculis bifariis acuminatis, culmo ramoſo geniculato: geniculis vaginatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 21.

longiflorum. 8. P. ſpica gemina: floſculis ovali-oblongis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 15.

filiforme. 9. P. ſpica ſubſolitaria lineari ſecunda: ſpiculis alternis ovatis compreſſis, culmo foliiſque filiformibus. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 22.

decumbens. 10. P. ſpica unica ſecunda: pedunculis longiſſimis, ſpiculis alternis orbiculato-acuminatis glabris, culmo procumbente. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 22.

orbiculare. 11. P. ſpicis alternis: rhachi membranacea, floribus bifariam ſecundis orbiculatis lævibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 7.

paniculatum. 12. P. ſpicis paniculatis verticillato-aggregatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 72. *f.* 2.

virgatum. 13. P. ſpiculis paniculatis alternis baſi villoſis: floribus geminis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 69. *f.* 2.

membranaceum. 14. P. culmo ramoſo procumbente, ſpica compoſita lævi: ſpiculis ſecundis alternis diſtichis. *Walt. flor. carol. p.* 75.

præcox. 15. P. ſpica compoſita: ſpiculis alternis trifariam poſitis; mediis ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 75.

76. PANICUM. *Cal.* 2valvis, 2florus: flosculo altero hermaphrodito, altero masculo vel neutro.

* *spicata.*

polystachyon. 1. P. spicis teretibus: involucellis unifloris fasciculato-setosis, culmis erectis superne ramosis. *Mant. p.* 322. *Rumph. amb.* 6. *t.* 7. *f.* 2. B.

sericeum. 94. P. spica tereti: involucris setaceis villosis unifloris flosculos æquantibus, foliis planis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 88.

verticillatum. 2. P. spica tereti: involucellis unifloris bisetis, retrorsum scabris. *Curt. flor. Lond. t.* 260.

helvolum. 3. P. spica tereti: involucellis unifloris fasciculato-setosis, seminibus nervosis. *Suppl. p.* 107. *nonne idem cum glauco?*

glaucum. 4. P. spica tereti: involucellis unifloris fasciculato-pilosis. *Schreb. gram. t.* 25. *Gaertn. de fruct. & sem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 3.

viride. 5. P. spica tereti: involucellis unifloris trisetis inermibus. *Curt. flor. Lond. t.* 262.

β) Panicum rubinatum. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 64.

alopecuroides. 90. P. spica tereti: involucris setaceis basi ciliatis fasciculatis unifloris, flosculo quadruplo longioribus. *Walt. flor. carol. p.* 72.

adhærens. 6. P. spica terete: involucellis unifloris retrorsum aculeatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 20.

divisum. 7. P. culmo ramosissimo dichotomo, spicis hirsutis: spiculis geminatis sessilibus. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 20. *an distinctum a dichotomo?*

setigerum. 8. P. spicis remotis: flosculis secundis, rhacheos dentibus setigeris. *Bladh. apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 15.

flavidum. 9. P. culmo folioso compresso, spiculis remotis sessilibus appressis secundis paucifloris. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 15.

indicum. 10. P. spica simplici nuda: pedicellis geminis, culmo adscendente basi ramoso. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 3. *p.* 9. *an vere distinctum a conglomerato?*

germanicum. 11. P. spica simplici cernua: setis brevibus, pedunculo hirsuto. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 27. *an mera varietas?*

italicum. 12. P. ſpica compoſita: ſpiculis glomeratis ſetis immixtis, pedunculis hirſutis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 75. *f.* 2.

hirtellum. 13. P. ſpica compoſita: ſpiculis adpreſſis alternis; calicibus geminis: valvulis omnibus ariſtatis, extima longiſſima. *Arduin. ſpec.* 2. *t.* 4.

compoſitum. 14. P. ſpica compoſita: ſpiculis linearibus ſecundis; floſculis geminis remotis, calicibus ariſtatis.

oryzinum. 95. P. ſpica compoſita nutante: ſpiculis ſecundis ariſtatis; rhachi trigona. *Arduin. ſpec.* 2. *t.* 5.

piliferum. 86. P. ſpiculis linearibus ſecundis piloſis minutim ariſtatis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 205.

elatius. 15. P. ſpica compoſita: ſpiculis oblongis ſparſis adpreſſis: floſculis confertis; calicibus mucronato-ariſtatis. *Suppl. p.* 107.

anomalum. 91. P. ſpica compoſita, ſpiculis ſecundis horizontalibus, culmo decumbente. *Walt. flor. carol. p.* 72.

ſetoſum. 16. P. ſpica compoſita: ſpiculis paniculato-faſciculatis, ſetis floſculis immiſtis longiſſimis, pedunculis ſubglabris. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 22.

conglomeratum. 17. P. ſpica ſecunda ſubovata: floſculis obtuſis. *Mant. p.* 324. *Mant. p.* 184. Panicum indicum. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 91. Aira indica.

colonum. 18. P. ſpicis alternis ſecundis muticis ovatis ſcabris, rhachi tereriuſcula. *Ehret ic. pl. t.* 3. *f.* 3.

muticum. 19. P. ſpicis alternis ſecundis: ſpiculis remotis geminatis muticis, altera pedicellata, rhachi trigona flexuoſa. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 20. *Colono affine.*

Crus corvi. 20. P. ſpicis alternis ſecundis: ſpiculis ſubdiviſis: glumis ſubariſtatis hiſpidis, rhachi trigona.

Crus galli. P. ſpicis alternis conjugatiſque: ſpiculis ſubdiviſis; glumis ariſtatis hiſpidis, rhachi quinquangulari. *Flor. dan. t.* 852.

tumidum. 87. P. ſpiculis turgidis culmo repente. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 205.

ſtagninum. 21. P. ſpicis alternis ſecundis: calicibus bifloris ariſtatis hiſpidis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 17.

β) Panicum pictum. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 204.

hiſpidum. 22. P. ſpicis alternis ſubdiviſis ſecundis: floribus geminatis alternis ſecundis hiſpidis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 7.

tetrastichon. 23. P. spicis alternis secundis quadrifariam imbricatis: flosculis secundis villosis muticis hinc planis inde gibbis. *Forsk. fl. æg. p.* 19.

brizoides. 24. P. spicis alternis sessilibus secundis adpressis oblongis, culmo suberecto. *Mant. p.* 184. *Pluckn. alm. t.* 191. *f.* 1.
β) *Koenig Naturf.* 23. *p.* 206.

lanceolatum. 25. P. spicis alternis: calicum valva extima ciliata aristata, foliis lanceolatis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 17.

fluitans. 26. P. spicis alternis sessilibus interstitiis duplo longioribus: flosculis alternis sessilibus imbricatis secundis, culmo decumbente. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 3. *p.* 8.

geminatum. 27. P. spicis alternis linearibus appressis: spiculis bifariam imbricatis muticis bifloris, altero flosculo masculo. *Forsk. fl. æg. p.* 18.

longiflorum. 28. P. spica gemina: flosculis ovali-oblongis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 15.

distachyon. 29. P. spicis geminis secundis lævibus. *Mant. p.* 183. *Spicæ interdum tres.*

squarrosum. 30. P. spicis geminis horizontalibus: involucris squarrosis, culmis decumbentibus. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 15. 5. *t.* 1. *an idem cum cenchro muricato?*

hispidulum. 31. P. spicis binatis ternatisque erectis, calicibus hispidis biaristatis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 18.

umbrosum. 32. P. spicis subquaternis remotis: flosculis geminis inæqualiter pedicellatis, culmo repente flaccido. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 16.

Burmanni. 33. P. spicis subquaternis remotis secundis simplicibus, florum glumis binis exterioribus aristatis. *Burm. fl. ind. t.* 12. *f.* 1. *an vere distinctum ab hirtello?*

ciliare. 34. P. spicis subdigitatis approximatis erectis linearibus, rhachi flexuosa, dentibus bifloris, calicibus ciliatis. *Wennerberg apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 16. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 207.

An distincta species Panicum muricatum & appressum culmo ramoso, antheris purpureis? Forsk. fl. æg. arab. p. 20. an hoc an idem cum colorato?

ægyptiacum. 35. P. ſpicis ſubdigitatis linearibus : rhachi membranacea flexuoſa, floſculis alternis geminis pedicellatis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 8.

filiforme. 36. P. ſpicis ſubdigitatis approximatis erectis linearibus : rhachi flexuoſa ; dentibus bifloris altero ſeſſili. *Jacq. obſ. bot.* 3. *t.* 70.

ſanguinale. 37. P. ſpicis digitatis baſi interiore nodoſis : floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Flor. dan. t.* 388. *Schreb. gram. t.* 16.

dactylon. 38. P. ſpicis digitatis patentibus baſi interiore villoſis : floribus ſolitariis, ſarmentis repentibus. *Regnault bot. t.* 14.

lineare. 39. P. ſpicis digitatis ſubquaternis linearibus : floſculis ſolitariis ſecundis muticis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 70. *f.* 3.

compreſſum. 40. P. ſpicis digitatis ſecundis compreſſis : ſpiculis ſolitariis bifariam imbricatis bifloris ; floſculo alterno maſculo. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 18. *utrum cum geminato, turgido, tetraſticho, groſſario, polygamo, diviſo, iſchæmoide, antidoto? quorſum ſpectat aliginoſum Koenigii? hujus, an alterutrius ſequentis generis ſpecies?*

piloſum. 41. P. ſpicis paniculatis alternis ſecundis : ſpiculis geminis acuminatis lævibus ; altera minore, rhachi compreſſa piloſa, culmo divaricato geniculato. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 22.

molle. 42. P. ſpicis paniculatis alternis ſecundis patentibus : ſpiculis approximatis pedicellatis ſecundis muticis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 22.

faſciculatum. 43. P. ſpicis paniculatis alternis erectis ſubfaſtigiatis : ſpiculis ſecundis ſubrotundis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 22.

carthaginenſe. 44. P. ſpicis paniculatis foliis brevioribus : ſpiculis ſecundis ovatis acutis, culmo proſtrato geniculato ramoſiſſimo, vaginis pubeſcentibus. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 22.

** *Paniculata.*

nemoroſum. 45. P. panicula ſimplici : ramis diſtantibus erectis, floribus remotis ſparſis ovatis acuminatis, culmo decumbente geniculato, vaginis piloſis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 22.

acuminatum. 46. P. paniculis ſimplicibus foliis brevioribus : ramis capillaribus diffuſis ; ſpiculis remotis obovatis, culmo decumbente geniculato ramoſo, foliis erectis vaginiſque villoſis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 23.

rigens. 47. P. panicula ſimplici rigida patente, culmo ramoſo decumbente, foliis horizontalibus ſcabris. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 23.

fuſcum. 48. P. panicula ſimplici: ramis erectis, floſculis ſecundis geminis: altero brevius pedicellato, culmo erecto ſub divifo, foliis lato-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. ſp. p.* 23.

laxum. 49. P. panicula ſimplici nutante: ramis capillaribus ſpiculis approximatis: alternis appreſſis, culmo ſimplici filiformi flaccido, foliis lineari-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 23.

flaveſcens. 50. P. panicula ſimplici erecta ſtricta: ramis ſubfaſtigiatis infimis oppoſitis, ſpiculis approximatis ſecundis: pedicellis bifloris. *Swarts nov. gen. & ſp. pl. p.* 23.

dichotomum. 51. P. panicula ſimplici, culmo ramoſo dichotomo.

duſſuſum. 52. P. panicula ſimpliciuſcula capillari patente: ſpiculis diſtantibus, culmo decumbente ſimplici, foliis linearibus collo piloſis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 23.

oryzoides. 53. P. panicula ſubſimplici: ramis erectis, floſculis remotiuſculis ovatis acutis, culmo erecto indiviſo, foliis baſi rotundatis, vaginis lævibus. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 23.

ramoſum. 54. P. panicula ramis ſimplicibus: floribus ſubternis; inferiore ſubſeſſili, culmo ramoſo. *Mant. p.* 29.

groſſarium. 55. P. panicula ramis ſimplicibus: floribus geminis, pedicello altero breviſſimo, altero longitudine floris. *Burm. fl. ind. t.* 11. *f.* 1.

latifolium. 56. P. panic[illegible] racemis lateralibus ſimplicibus, foliis ovato-lanceolatis collo piloſis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 5. *f.*

turgidum. 57. P. paniculæ ſpiculis obeſis bifloris polygamis, foliorum vaginis longis ad dichotomias ventricoſis, caule fruticoſo. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 18.

cimicinum. 58. P. panicula umbellata: racemis ſubquaternis, gluma calicina altera ciliata. *Mant. p.* 184. Milium cimicinum.

ariſtatum. 59. P. culmo repente radicante, paniculæ ramis indiviſis, floſculis binis ſeſſilibus ariſtatis. *Wennerberg apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 17.

coloratum. 60. P. panicula patente: ſtaminibus piſtilliſque coloratis, culmo ramoſo. *Mant. p.* 30. *Jacq. pl. rar. ic.* 1. *t.* 58. 61.

flexuosum. 61. P. panicula capillari patente: pedunculis flexuosis, calicibus ovatis, geniculorum barba reflexa. *Koenig apud Retz. obs. bot. 3. p. 9.*

capillare. 62. P. panicula capillari erecta patente, pedunculis strictis foliorum vaginis hirtissimis. *Kniph. bot. orig. cent. 12. n. 72.*

patens. 63. P. panicula oblonga flexuosa capillari patente: calicibus bifloris, foliis lineari-lanceolatis, culmo radicante. *Burm. fl. ind. t. 10. f. 3.*

muricatum. 64. P. panicula patente: floribus solitariis muricatis, culmo radicante adscendente. *Koenig apud Retz. obs. bot. 4. p. 18.*

notatum. 65. P. panicula patente: axillis notatis, foliis lanceolatis ciliatis. *Wennerb. apud Retz. obs. bot. 4. p. 18.*

remotum. 66. P. paniculæ ramis triquetris: flosculis subgeminatis; altero pedicellato, culmo ramoso tetragono-compresso. *Koenig apud Retz. obs. bot. 4. p. 17.*

antidoton. 67. P. panicula nutante: calicibus bifloris polygamis acutis, culmo erecto ramosissimo. *Koenig apud Retz. obs. bot. 4. p. 17.*

miliaceum. 68. P. panicula laxa flaccida, foliorum vaginis hirtis, glumis mucronatis nervosis. *Regn. bot. t. 381.*

β) *Moris. hist. pl. 3. t. 5. f. 2.*

repens. 69. P. panicula virgata; foliis divaricatis.

virgatum. 70. P. panicula virgata, glumis acuminatis lævibus: extima dehiscente.

curvatum. 71. P. panicula racemosa, glumis curvatis obtusis nervosis.

divaricatum. 72. P. paniculis brevibus muticis: pedicellis bifloris; altero breviore, culmo ramosissimo divaricatissimo.

trigonum. 73. P. panicula erecta: pedunculis bifloris, calicibus obtusis hispidis unifloris, seminibus trigonis. *Koenig apud Retz. obs. bot. 3. p. 9.*

ischæmoides. 74. P. panicula erecta rara contracta: calicibus bifloris polygamis acutis, culmo simplici, foliis distichis rigidis. *Koenig apud Retz. obs. bot. 4. p. 17. & Nat. 23. p. 209.*

clandestinum. 75. P. racemis occultatis intra foliorum vaginas. *Sloan. hist. jam. 1. t. 80.*

pallens. 76. P. panicula composita ovata: ramis confertis erectis, spiculis ovatis subulatis, culmo subdiviso geniculato, vaginis collo margineque ciliatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 23.*

lunatum. 77. P. panicula composita erecta glabra: spiculis ovatis, culmo ramoso, foliis pubescentibus, vaginis lanuginosis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 24.

arundinaceum. 78. P. panicula composita patente: ramis ramulisque strictis papillaribus, spiculis subrotundis, culmo subdiviso geniculato, foliis rigidis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 24.

polygamum. 79. P. panicula composita capillari patente: flosculis polygamis, culmi articulis hirsutis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 24.

glutinosum. 80. P. panicula composita patente: ramis flexuosis; spiculis pedicellatis distantibus glutinosis, culmo erecto simplici. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 71. *f.* 3.

brevifolium. 81. P. panicula ramosissima patente: ramis ramulisque subdivisis capillaribus, culmo declinato geniculato, foliis glaberrimis: vaginis longitudinaliter ciliatis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 72. *f.* 3.

arborescens. 82. P. paniculatum ramosissimum procumbens, foliis ovato oblongis acuminatis, spiculis subglobosis. *Koenig Nat.* 23. *p.* 208.

radicans. 83. P. paniculatum, culmo ramoso radicante, foliorum basi vaginisque longitudinaliter ciliatis. *Wennerb. apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 18.

caffrorum. 84. P. panicula verticillatim ramosa, corollis nullis, nectariis villoso-laceris. *Retz. obs. bot.* 2. *p.* 7.

maximum. 85. P. panicula terminali erecta longa: racemis lateralibus patentibus verticillatis alternisque, culmo erecto simplici compresso glabro. *Jacq. collect.* 1. *p.* 76.

palmæfolium. 88. P. foliis sulcatis, culmo erecto. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 208.

fugax. 89. P. culmo decumbente, paniculis celerrime marcidis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 209.

speciosum. 92. P. panicula elongata erecta geniculata: ramis verticillatis simplicibus brevibus; floribus solitariis subsessilibus. *Walt. flor. carol. p.* 73.

nudum. 93. P. culmo geniculato erecto nudo, floribus solitariis remotis verticillatis: pedunculis longissimis. *Walt. flor. carol. p.* 73.

*** *tribus incertæ.*

falcatum. 96. P. latifolium, foliis lyratis. *Aubl. pl. guj.*
maculatum. 97. P. scandens, caule arundinaceo. *Aubl. pl. guj.*

CHLORIS. *Cal. Gluma communis* 2valvis, 2flora, *flosculis* apetalis aristatis.
♂. *Cal.* Gluma 1valvis.
♀. sessilis. *Cal.* Gluma 2valvis.

cruciata. 1. Chl. spicis subquaternis cruciatis: flosculis acuminatis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 91. *n.* 15. Agrostis cruciata. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 69. *f.* 1.

ciliata. 2. Chl. spicis digitatis subquinis: glumis margine ciliatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 25.

petræa. 3. Chl. spicis quaternis strictis erectiusculis: spiculis confertis glabris muticis, culmo compresso. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 25.

polydactyla. 4. Chl. spicis plurimis fasciculatis laxis: glumis margine ciliato-villosis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 669. *n.* 18. Andropogon polydactylon. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 65. *f.* 2.

radiata. 5. Chl. spicis plurimis fasciculatis erectiusculis: flosculis subulatis glabris. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 669. *n.* 17. Andropogon fasciculatum. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 69. *f.* 2.

β) Agrostis radiata. *Syst. nat.* XII. 2. *p.* 91. *n.* 14. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 68. *f.* 3.

1145. ANDROPOGON. *Flores* polygami. *Cal.* Gluma 1flora. *Cor.* Gluma basi aristata.
♀. *Sem.* 1.

caricosus. 1. A. spica solitaria imbricata, seminibus hirsutis, aristis nudis contortis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 7. *f.* 2. A.

contortus. 2. A. spica solitaria: flosculis hinc masculis muticis, inde femineis longissimis unito contortoque aristatis. *Suppl. p.* 432. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 4. *f. ult.*

crinitus. 3. A. spica solitaria hirsuta: aristis nudis geniculatis longissimis. *Thunb. fl. jap. p.* 40.

divaricatus. 4. A. ſpica oblonga: floribus lanatis remotis divaricatis; ariſta flexuoſa nuda.

ſerratus. 5. A. ſpica ſimplici imbricata: ſeriebus binis florum ariſtatis ſeſſilium, binis muticis pedicellatorum, calicibus univalvibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot. 5. p.* 21.

brevifolius. 6. A. ſpicis lateralibus ſolitariis: floſculis alternis remotis, culmo geniculato compreſſo. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 26.

diſtachyos. 7. A. ſpicis binis terminalibus, culmo indiviſo. *Ger. fl. prov. t.* 3. *f.* 2.

binatus. 8. A. ſpicis geminis lanatis: calicum valva altera acuminata, altera truncata tridentata, petalo majore ariſtato. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 21.

ramoſus. 9. A. ſpicis terminalibus conjugatis: ſpiculis geminis; maſcula mutica pedicellata, culmo ramoſo. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 173.

annulatus. 10. A. ſpicis ad apicem culmi confertis alternis: floribus appreſſis geminatis; maſculo mutico pedicellato, culmo erecto ramoſo. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 173.

barbatus. 11. A. ſpicis digitatis, calicibus perſiſtentibus, corollis ciliatis. *Mant. p.* 302. 588.

muticus. 12. A. ſpicis digitatis ſubternis: floſculis alternis ſeſſilibus muticis.

Iſchæmum. 13. A. ſpicis digitatis plurimis: floſculis ſeſſilibus ariſtato muticoque; pedicellis lanatis. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 384. *Schreb. gram. t.* 33.

incurvatus. 14. A. ſpicis filiformibus ſubdigitatis: floribus geminatis; femineo pedicellato ariſtato, maſculo ſeſſili mutico, calicibus univalvibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 21.

Bladhii. 15. A. ſpicis ſuboctonis: floſculo hermaphrodito ſeſſili ariſtato, neutro pedunculato ciliato mutico. *Bladh. apud Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 27.

provincialis. 16. A. ſpicis faſciculatis lævibus: floſculis alternis ſubſeſſilibus ſecundis ariſtatis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 43.

Schoenanthus. 17. A. paniculæ ſpicis conjugatis ovato-oblongis, rhachi pubeſcente, floſculis ſeſſilibus; ariſta tortuoſa. *Rumpf amb.* 5. *t.* 72.

virginicus. 18. A. paniculæ ſpicis conjugatis: pedunculis ſimplicibus, rhachi lanata, floſculis muticis: maſculo tabeſcente. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 68. *f.* 2.

bicornis. 19. A. paniculæ ſpicis conjugatis : pedunculis ramoſiſſimis, rhachi lanata, floſculis ariſta caduca : maſculo tabeſcente. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 15.

hirtus. 20. A. paniculæ ſpicis conjugatis : calicibus hirſutis. *Pluckn. alm. t.* 92. *f.* 1.

faſtigiatus. 21. A. paniculæ ſpicis ſolitariis : pedunculis elongatis ſubfaſtigiatis, rhachi lanata, floſculis ariſtatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 26.

ſaccharoides. 22. A. paniculæ ramis ſimplicibus : floſculis geminis ; hermaphrodito ariſtato ſeſſili, altero mutico pedicellato tabeſcente, rhachi pedicelliſque lanatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 26.

glaucus. 23. A. panicula foliacea : involucellis caliciburſque bifloris, florum ſeſſilium calicibus trivalvibus, pedicellatarum bivalvibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 20.

aciculatus. 24. A. panicula contracta erecta : pedunculis trifloris : floſculis maſculis binis pedicellatis acuminatis, femineo ſeſſili ariſtato. *Rumpf amb.* 6. *t.* 5. *f.* 1.

muricatus. 25. A. panicula contracta : ſpicis verticillatis ; calicibus muticis muricatis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 43.

ſquarroſus. 26. A. panicula conferta : glumis ſubulatis ſcabris. *Suppl. p.* 433.

Gryllus. 27. A. paniculæ pedunculis ſimpliciſſimis trifloris : floſculo hermaphrodito ſeſſili ariſtato ciliato baſi barbato. *Bauh. th. bot. p.* 149. *ic.*

nutans. 28. A. panicula nutante : ariſtis tortuoſis lævibus, glumis calicinis hirſutis.

ciliatus. 29. A. panicula cernua : calice exteriore multifloro ciliato ; ariſtis contortis piloſis. *Thunberg fl. jap. p.* 40.

ſerratus. 30. A. panicula laxa : floſculo altero ſeſſili, altero pedicellato : pedicellis hirſutis. *Thunb. fl. jap. p.* 41.

cotuliferus. 31. A. panicula patula villoſa : ariſta tortili nuda ; pedicellis incraſſatis. *Thunb. fl. jap. p.* 41.

cymbarius. 32. A. panicula ſparſa : bracteis cymbiformibus, floribus tranſverſis ariſtatis ternis. *Mant. p.* 302.

alopecuroides. 33. A. panicula laxa : rhachi lanata ; floſculo utroque ariſta flexuoſa. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 70. *f.* 1.

insularis. 34. A. panicula laxa glabra : flosculis geminis muticis; pedicello altero breviore, calicibus lanatis. *Rottb. act. litter. Hafn.* 1. *t.* 1. *f.* 2. Panicum lanatum. *An hujus aut milii species ?*

Nardus. 35. A. paniculæ ramis supradecompositis proliferis. *Rumpf amb.* 4. *t.* 6 ?

prostratus. 36. A. pedunculis umbellato-quinquefloris ecaliculatis: flosculo hermaphrodito aristato. *Mant. p.* 304.

undatus. 37. A. panicula erecta ramosa : spicis alternis subternis; flosculis ternis, masculo inferiore seriore. *Jacq. collect.* 3. *p.* 238.

afer. 38. A. spicis subternis terminalibus : flosculis omnibus aristatis. *Bruce trav. in Eg. Ar. Ab. and Nub.* 5. *app. p.* 47. *ic. an hujus generis ?*

77. PHLEUM. *Cal.* 2valvis, sessilis, linearis, truncatus : apice bicuspidato. *Cor.* inclusa.

pratense. 1. Phl. spica cylindrica longissima ciliata, culmo erecto. *Schreb. gram. t.* 14.

nodosum. 2. Phl. spica cylindrica, culmo adscendente, foliis obliquis, radice bulbosa. *Flor. dan. t.* 380. *Gaertn. de fruct. & sem. pl. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 1.

alpinum. 3. Phl. spica ovato-cylindrica. *Flor. dan. t.* 213.

arenarium. 4. Phl. spica ovata ciliata, culmo ramoso. *Pluckn. alm. t.* 33. *f.* 8.

schoenoides. 5. Phl. spicis ovatis obvolutis, foliis brevissimis mucronatis, amplexicaulibus; *an idem cum anthoxantho aculeato?*

Bellardi. 9. Phl. spica subovata : glumis ciliatis, culmo geniculato. *Bellard. ap. Vitmann sum. plant.* 1. *p.* 176.

Gerardi. 10. Phl. spica subrotunda : glumis ciliatis, caule simplici, foliorum vaginis ventricosis. *Allion. flor. pedem.*

viride. 11. Phl. spica cylindrica lævi, culmo erecto. *Allion. flor. pedem.*

Michelii. 12. Phl. spicis cylindricis paniculatis hirsutis : calicibus lanceolatis. *Barr. ic.* 21. *f.* 2.

alopecuroides. 6. Phl. spicis cylindricis solitariis : glumis subvillosis, culmo adscendente. *Pill. & Mitterp. it. slavon. p.* 147. *t.* 16. *An distincta hujus generis species ?*

asperum. 7. Phl. panicula erecta ſpicata denſa glabra : glumis mucronatis dorſo ſubſerratis. *Jacq. collect.* 1. *p.* 110.

paniculatum. 8. Phl. panicula cylindrica ſpicæformi : glumis nudis, culmo ſubramoſo. *Hudſ. flor. angl.* 26.

78. ALOPECURUS. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis. *Nectar.* 0.

indicus. 1. A. ſpica tereti : involucellis ſetaceis faſciculatis bifloris, pedunculis villoſis. *Pluckn. alm. t.* 92. *f.* 5.

bulboſus. 2. A. culmo erecto, ſpica cylindrica, radice bulboſa. *Raj. ſyn. angl.* 3. *t.* 20. *f.* 2.

β) Alopecurus ſericeus. *Gaertn. de fruct. & ſem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 2.

pratenſis. 3. A. culmo ſpicato erecto : glumis villoſis, corollis muticis. *Schreb. gram. t.* 19. *f.* 1.

agreſtis. 4. A. culmo ſpicato erecto : glumis lævibus. *Fl. dan. t.* 697. *Schreb. gram. t.* 19. *f.* 2.

ciliatus. 11. A. culmo ſpicato erecto, glumis ciliatis. *Allion. flor. pedem.*

geniculatus. 5. A. culmo ſpicato infracto, corollis muticis. *Leers fl. herb. t.* 2. *f.* 7.

carolinianus. 6. A. culmo radicante, panicula ſubſpicata, glumis lævibus, corollis ariſtatis. *Walt. flor. carol. p.* 74.

typhoides. 12. A. racemo ſimplici : floſculis muticis. *Pluckn. alm. t.* 32. *f.* 4.

hordeiformis. 7. A. racemo ſimplici : floſculis ariſtis circumvallatis. *Pluckn. alm. t.* 119. *f.* 1.

monſpelienſis. 8. A. panicula ſubſpicata : calicibus ſcabris, corollis ariſtatis. *Schreb. gram. t.* 20. *f.* 3.

paniceus. 9. A. panicula ſubſpicata : glumis villoſis, corollis ariſtatis. *Flor. dan. t.* 861.

caudatus. 10. A. panicula ſpicata caudata : floſculis ariſtis circumvallatis. *Thunb. nov. act. Upſ.* 3. *p.* 208.

ovata. 18. A. panicula ovata coarctata ſpicæ æmula : petalo exteriore ante apicem ariſtato. *Forſt. fl. auſtr. p.* 8.

79. MILIUM. *Cal.* 2valvis; 1florus: valvis subæqualibus. *Cor.* brevissima. *Stigm.* penicilliformia.

capense. 1. M. panicula capillari: calicibus acuminatis, corollis arista terminali curva. *Mant. p.* 185.

punctatum. 2. M. paniculæ ramis simplicissimis: floribus alternis geminis secundis.

lendigerum. 3. M. panicula subspicata: floribus aristatis. *Schreb. gram. t.* 23. *f.* 3.

effusum. 4. M. floribus paniculatis dispersis muticis. *Curt. flor. Lond. fasc.* 43.

confertum. 5. M. floribus paniculatis confertis.

paradoxum. 6. M. floribus paniculatis aristatis. *Schreb. gram. t.* 23. *f.* 2.

globosum. 7. M. panicula patula: glumis muticis, pedicellis cingulo luteo. *Thunb. fl. jap. p.* 49.

compressum. 8. M. spicis subternis: flosculis alternis muticis rhachi adpressis, culmo medio articulato-compresso, pedunculis longissimis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 24.

paniceum. 9. M. spicis subdigitatis alternis approximatis filiformibus: flosculis secundis muticis adpressis trigonis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 24.

digitatum. 10. M. spicis digitatis subquaternis subsessilibus: flosculis muticis adpressis secundis, foliis margine cartilagineo-serratis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 24.

80. AGROSTIS. *Cal.* 2valvis, 1florus, corolla paulo minor. *Petalum* exterius glabrum. *Stigmata* longitudinaliter hispida.

* *Aristatæ.*

Spica venti. 1. Agr. petalis integris: exteriore arista recta stricta longissima, panicula patula. *Flor. dan. t.* 853.

Medium inter alopecurum & cornucopiæ genus, corolla pariter 1valvi, at neque involucratum neque aristatum, in Chirogesian terra nuper inventum, egregie pecuis inserviens, nondum satis notum.

interrupta. 2. Agr. petalis bifidis: exteriore ariſtato, panicula attenuata coarctata interrupta. *Vaill. bot. pur. t. 71. f. 4.*

miliacea. 3. Agr. petalo exteriore ariſta terminali recta ſtricta mediocri.

bromoides. 4. Agr. panicula ſimplici anguſtata: corolla pubeſcente: ariſta recta calice longiore. *Gouan. ill. & obſ. bot. 3. t. 1. f. 3.*

auſtralis. 5. Agr. panicula ſubſpicata, feminibus ovatis pubeſcentibus: ariſta longitudine calicis. *Mant. p. 30.*

alpina. 6. Agr. foliis ſetaceis, panicula coarctata, calicibus hiſpidiuſculis coloratis: petalo exteriore ariſta dorſali geniculata. *Flor. dan. t. 161.*

vinealis. 7. Agr. calicibus coloratis, petalorum ariſta dorſali longitudine fere calicis, culmis adſcendentibus. *Schreb. ſpic. fl. Lipſ. p. 47.*

ſerotina. 8. Agr. panicula floſculis oblongis mucronatis, culmo obtecto foliis breviſſimis. *Mant. p. 30.*

rubra. 9. Agr. paniculæ parte inferiore prius florente patentiſſima: ariſta terminali tortili recurva.

ſpiciformis. 10. Agr. panicula ſpicæ æmula, floſculis biariſtatis: corollis hirtis; ariſta altera receptaculo inſerta geniculata longiori, altera infra apicem corollæ recta. *Suppl. p. 108.*

hirſuta. 11. Agr. panicula ſubſpicata, caule foliiſque hirſutis, petalis dorſo ariſtatis apice bifidis. *Suppl. p. 108.*

Matrella. 12. Agr. floribus racemoſis: calicis valva exteriore incurva carinæ apice tantum dehiſcente. *Mant. p. 185.*

Leerſii. 13. Agr. calicibus elongatis, petalorum ariſta dorſali recurva, culmis proſtratis ſubramoſis. *Leers fl. herb. t. 4. f. 2.*

gigantea. 14. Agr. paniculæ parte ſuperiore prius florente patentiſſima, calicibus hiſpidis, petalo exteriore glabro: dorſo ſuperne ſubariſtato, culmo erecto. *Roth. fl. germ. 1. p. 31.*

dubia. 15. Agr. calicibus æqualibus lævibus, corollis infra apicem mucronatis, foliis ſetaceis. *Leers fl. herb. n. 56.*

feſtucoides. 16. Agr. foliis ſetaceis, panicula patula, petalis baſi ariſta inflexa calicibus duplo longiore. *Hall. hiſt. ſtirp. helv. 2. n. 1478.*

filiformis. 17. Agr. foliis culmiſque filiformibus, panicula approximata: floſculis baſi ariſtatis glabris. *Villars pl. delph. 2. p. 78.*

Cinna. 18. Agr. petalo exteriore subaristato, nectarii foliolis minimis obtusiusculis, panicula oblonga attenuata secunda. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 52. Cinna arundinacea. *Flosculi* 1-3*andri.*

** *Muticæ.*

verticillata. 19. Agr. panicula recta verticillis radiatis rigidis interruptis. *Villars pl. delph.* 2. *p.* 74.

stricta. 43. Agr. panicula stricta pauciflora, culmo erecto. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1476.

linearis. 20. Agr. spicis subquaternis digitatis: flosculis unilateralibus alternis adpressis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 19. *an hujus generis?*

procera. 21. Agr. paniculæ pedunculis racemosis erectiusculis: floribus hirsutis lanceolatis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 19.

coromandeliana. 22. Agr. panicula ovata patente: pedunculis simplicibus: floribus secundis; calicibus æqualibus acutis nitidis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 19.

diandra. 23. Agr. panicula elongata contracta: floribus subulatis diandris, foliis convolutis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 19.

purpurascens. 24. Agr. panicula contracta elongata: ramis adpressis erectis, flosculis inæqualibus acuminatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 25.

stolonifera. 25. Agr. paniculæ ramulis patentibus, culmo repente, calicibus æqualibus. *Flor. dan. t.* 564. *An cum capillari, alba, virginica, sylvatica & pumila ejusdem speciei varietas, ex soli discrimine nata?*

capillaris. 26. Agr. panicula capillari patente: calicibus æqualibus subulatis hispidiusculis coloratis. *Flor. dan. t.* 163. *an alopecuri species?*

silvatica. 27. Agr. panicula coarctata mutica, calicibus æqualibus: virgineis corolla brevioribus, fœcundatis duplo longioribus.

alba. 28. Agr. panicula laxa: calicibus muticis æqualibus, culmo repente.

pumila. 29. Agr. panicula mutica secunda, culmis fasciculatis erectis. *Mant. p.* 31. *an mera stolonifera, ustilagine referta?*

minima. 30. Agr. panicula filiformi. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 2. *f.* 10.

tenacissima. 31. Agr. panicula contracta filiformi: floribus linearibus: valvis parallelis. *Suppl. p.* 107.

virginica. 32. Agr. panicula contracta mutica, foliis involuto-subularis rigidis exstantibus.

mexicana. 33. Agr. panicula oblonga congesta: calicibus corrollisque acuminatis subæqualibus. *Mant. p.* 31.

indica. 34. Agr. panicula contracta mutica: racemis lateralibus erectis alternis.

aspera. 35. Agr. panicula contracta: racemis lateralibus alternis strictis, foliis asperis. *Weber suppl. flor. holf. p.* 4.

pungens. 36. Agr. panicula contracta, foliis convolutis subpungentibus, culmo repente prolifero. *La Mark. dict. bot. n.* 23.

ciliata. 37. Agr. panicula mutica: gluma calicina angulata ciliata. *Thunb. fl. jap. p.* 49.

avenacea. 38. Agr. panicula erecta tenuissima: aristis calice duplo longioribus. *Forst. fl. austr. p.* 9. Avena filiformis.

glomerata. 39. Agr. spicis bifidis glomeratis terminalibus, bracteis clavatis plumosis. *Walt. flor. carol. p.* 59.

lateralis. 40. Agr. spicis bifidis lateralibus solitariis, bracteis clavatis plumosis. *Walt. flor. carol. p.* 59.

lenta. 41. Agr. spicis subternis umbellatis: flosculis oblongis acutis; valvis subæqualibus, foliis vaginisque glabris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 96.

MUHLENBERGIA. *Cal.* 1valvis, minimus, lateralis. *Cor.* 2valvis, semen includens. *Nectar.* 2-phyllum.

Schreberi. 1. MUHLENBERGIA. *Schreb. gen. plant. Linn.* 1. *p.* 44. *n.* 103.

CALAMAGROSTIS. *Cal.* Gluma 2valvis, 1flora: *Corolla* basi pilosa.

* *Aristatæ.*

villosa. 1. C. panicula oblonga: petalo exteriore aristato villis obsito. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 79.

Arundo. 2. C. panicula incrassata: petalo exteriore piloso dorso aristato, culmo ramoso. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 90. Agrostis Calamagrostis.

arundinacea. 3. C. panicula oblonga: petalo interiore basi piloso; exteriore glabro, arista e basi torta calice longiore. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 90. Agrostis arundinacea.

lanceolata. 4. C. panicula lanceolata contracta spicæ æmula: corollis linearibus basi pilosis; arista dorsali recta brevi, culmo ramoso. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 100. Arundo Calamagrostis. *Fl. dan. t.* 280.

conspicua. 5. C. panicula laxa erecta patente: petali exterioris arista reflexa longissima. *Forst. fl. austr. p.* 9.

** *Muticæ.*

Epigeios. 6. C. panicula stricta; corollis exiguis basi pilosis foliis subtus planis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 100. Arundo epigeios.

arenaria. 7. C. panicula spicata; corollis basi pilosis, foliis involutis mucronato-pungentibus. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 100. Arundo arenaria.

rudis. 6. L. caule ramoſo ſubpiloſo decumbente, foliis alternis ovato-lanceolatis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

arcuata. 7. L. caule repente, floribus arcuatis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

piloſa. 8. L. calicibus, foliis cauleque erecto piloſis. *Walt. flor. car. p.* 89.

decurrens. 9. L. caule erecto, foliis alternis: petiolis decurrentibus, radice lanoſa. *Walt. flor. car. p.* 89.

linearis. 10. L. caule erecto, foliis alternis linearibus, capſulis oblongis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

ramoſiſſima. 11. L. caule erecto ramoſiſſimo, foliis alternis lineari-lanceolatis, floribus axillaribus pedicellatis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

** *apetalæ.*

apetala. 12. L. caule repente foliis oblongis obtuſis oppoſitis. *Walt. flor. carol. p.* 89.

glanduloſa. 13. L. caule ramoſo ſtolonifero, foliis ovato-lanceolatis alternis, floribus ſolitariis axillaribus ſeſſilibus. *Walt. flor. carol. p.* 88. 89.

trifolia. 14. L. foliis ternis ovato-lanceolatis, floribus terminalibus pedunculatis. *Burm. ind.*

AZIMA. *Cal.* membranaceus 3-4fidus. *Cor.* 4petala calicina. *Capſ.* 1locularis, 1ſperma.

nova. 1. Azima. *la Marck encycl.* 1. *p.* 343.

CANSCORA. *Cal.* ventricoſus 2alatus, 2fidus. *Petal.* 4 : 2 majora. *Capſ.* polyſperma.

ventricoſa. 1. Canscora. *la Marck encycl.* 1. *p.* 602.

1362. BANKSIA. *Amentum* ſquamatum. *Cal.* 4fidus. *Cor.* 4fida. *Antheræ* in cavitate laciniarum ſeſſiles. *Capſ.* 2ſperma, 1-2locularis, diſſepimento mobili.

ſerrata. 1. B. foliis linearibus in petiolum attenuatis æqualiter ſerratis apice truncatis mucronatis. *Suppl. p.* 126. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 3. *t.* 48. *f.* 1.

integrifolia. 2. B. foliis cuneiformibus integerrimis ſubtus tomentoſo-albis. *Suppl. p.* 127. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 3. *t.* 48. *f.* 2.

ericæfolia. 3. B. foliis approximatis aceroſis truncato-emarginatis glabris. *Suppl. p.* 127.

dentata. 4. B. foliis oblongis in petiolum attenuatis curvis flexuoſis dentatis: dentibus ſpinula terminatis; ſubtus albis. *Suppl. p.* 127.

pyriformis. 5. B. capſula turbinata lignoſa pubeſcente uniloculari. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 3. *t.* 47. *f.* a - f.

dactyloides. 6. B. capſulis aggregatis ovato-globoſis lignoſis unilocularibus. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 3. *t.* 47. *f.* i - m.

muſculiformis. 7. B. capſula ovato-conica acuminata lignoſa uniloculari, tuberculis gyriſque inæquali. *Rumpf amb.* 2. *t.* 60.

MACUCUA. *Cal.* 4partitus. *Cor.* 4fida: tubo breviſſimo. *Germen* minimum. *Stilus* 0.

guianenſis. 1. Macucua. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 88. *t.* 34.

POIRETIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* polyſperma, 2dyma, apice dehiſcens.

erecta. 1. P. caule erecto. *Walt. flor. carol. p.* 86.

procumbens. 2. P. caule procumbente. *Walt. flor. carol. p.* 86.

154. OLDENLANDIA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 4dentatus, ſuperus. *Capſ.* 2locularis, infera, polyſperma.

verticillata. 1. O. floribus verticillatis ſeſſilibus, ſtipulis ſetigeris. *Mant. p.* 40. *Rumpſ amb.* 6. *t.* 10.

trinervia. 2. O. caule decumbente, foliis ovatis trinerviis, floribus verticillatis axillaribus, capſulis hiſpidis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 23.

repens. 3. O. capſulis ſeſſilibus hiſpidis, foliis lanceolatis. *Mant. p.* 40. *Burm. fl. ind. t.* 15. *f.* 2.

tenuifolia. 4. O. pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris, foliis lineari-ſubulatis. *Burm. fl. ind. t.* 14. *f.* 1.

capenſis. 5. O. pedunculis axillaribus unifloris, foliis linearibus acutis. *Suppl. p.* 127.

uniflora. 6. O. pedunculis ſimpliciſſimis lateralibus, fructibus hirtis, foliis ſubovatis acutis. *Pluckn. alm. t.* 74. *f.* 5.

biflora. 7. O. pedunculis bifloris petiolo longioribus, foliis lanceolatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 11.

pentandra. 8. O. foliis linearibus, pedunculis bifloris, floribus pentandris monogynis. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 22.

umbellata. 9. O. umbellis nudis lateralibus alternis, foliis linearibus. *Pluckn. alm. t.* 119. *f.* 4.

hirſuta. 10. O. umbellis axillaribus, caule calicibuſque hiſpidis, foliis ovatis acutis. *Suppl. p.* 127.

debilis. 11. O. umbellis axillaribus pedunculatis paucifloris, foliis ovatis ſeſſilibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 10.

fœtida. 12. O. umbella terminali trichotoma, foliis ſpatulatis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 10.

corymbo-sa. 13. O. pedunculis multifloris, foliis lineari-lanceolatis. *Ehret. pict. t. 2. f. 1. Gaertn. de fr. & sem. cent. 2. t. 30. f. 3.*

panicula-ta. 14. O. pedunculis paniculatis terminalibus, foliis ovali-lanceolatis. *Burm. fl. zeyl. t. 71. f. 2.*

stricta. 15. O. pedunculis racemosis terminalibus, foliis linearibus, caule erecto brachiato. *Pluckn. mant. t. 332. f. 2.*

digyna. 16. O. foliis lanceolatis, floribus pentandris digynis sessilibus. *Koenig apud Retz. obs. bot. 4. p. 23.*

CARPHALEA. *Cor.* tubo filiformi longo; fauce ventricosa; limbo 4partito. *Antheræ* subsessiles. *Cal.* turbinatus 4fidus. *Caps.* 2locularis, 2valvis, polysperma.

madagas-cariensis. 1. CARPHALEA. *Juss. gen. plant. p. 198.*

155. AMMANNIA. *Cor.* 4petala, calici inserta vel o. *Cal.* 1phyllus, plicatus, 8dentatus, inferus. *Caps.* 4locularis.

latifolia. 1. A. foliis semiamplexicaulibus, caule tetragono, ramis erectis. *Mant. p. 331. Sloan. hist. jam. 1. t. 7. f. 4.*

ramosior. 2. A. foliis semiamplexicaulibus, caule tetragono, ramis patentissimis. *Mant. p. 332. Jungh. pl. ic. cent. 1. n. 7.*

debilis. 3. A. foliis lanceolatis basi attenuatis, caule ramoso, floribus fasciculatis axillaribus, capsulis bilocularibus. *Ait. hort. Kew. 1. p. 163.*

sanguino-lenta. 4. A. foliis semiamplexicaulibus basi cordatis, floribus subpedunculatis octandris petaligeris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 33.*

baccifera. 5. A. foliis subpetiolatis, capsulis calice majoribus coloratis. *Burm. fl. ind. t. 15. f. 3.*

octandra. 6. A. foliis sessilibus lineari-lanceolatis, floribus octandris petaligeris. *Suppl. p. 127. an satis distincta a sanguinolenta?*

pinnatifida. 7. A. caulibus procumbentibus radicantibus compressis, foliis linearibus pinnatifidis. *Suppl. p.* 127.

156. ISNARDIA. *Cor.* o. *Cal.* 4fidus. *Caps.* 4locularis, cincta *calice.*

palustris. 1. ISNARDIA. *Lindern. fl. alf. t.* 2.

157. TRAPA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus. *Nux* spinis oppositis cincta, quæ fuere calicis folia, hinc matura cornuta, 1locularis, 1sperma.

bicornis. 1. Tr. nucibus bicornibus. *Suppl. p.* 128. *Plum. ic.* 67. *f. infim.*

natans. 2. Tr. nucibus quadricornibus: spinis patentibus. *Suppl. p.* 128. *Plenck pl. med. ic. t.* 66. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 26. *f.* 5.

158. DORSTENIA. *Receptac.* commune, 1phyllum carnosum, in quo *semina* solitaria nidulantur.

Houstoni. 1. D. scapis radicatis, foliis cordatis angulatis acutis, receptaculis quadrangulis. *Houst. act. angl. n.* 421. *f.* 2.

cordifolia. 2. D. scapis radicatis, foliis cordatis ovatis denticulatis, receptaculis orbiculatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 34.

Contrayenea. 3. D. scapis radicatis, foliis pinnatifido-palmatis serratis, receptaculis quadrangulis. *Blackw. herb. t.* 579. *Plum. ic. t.* 119. *Jacq. coll.* 3. *p.* 200.

Drakena. 4. D. scapis radicatis, foliis pinnatifido-palmatis integerrimis, receptaculis ovalibus.

caulescens. 5. D. caulescens, pedunculis racemosis. *Plum. ic.* 120. *f.* 1.

lucida. 6. D. caulescens, foliis oblique ovatis integris lævibus, pedunculis cymosis axillaribus. *Forst. fl. austr. p.* 11. *char. gen. t.* 53. *n.* 1.

pubescens. 7. D. caulescens, foliis oblique ovatis serratis pubescentibus: pedunculis axillaribus. *Forst. fl. austr. p.* 11. *char. gen. t.* 53. *n.* 2.

1243. COMETES. *Involucrum* 4phyllum, 3florum. *Cal.* 4phyllus. *Capf.* 3cocca.

alternifloра. 1. COMETES. *Mant. p.* 39. *Burm. fl. ind. t.* 15. *f.* 5.

MAJANTHEMUM. *Cor.* 4partita : laciniis reflexis. *Capf.* 2locularis.

Convallaria. 1. MAJANTHEMUM. *Syft. nat.* XII. 3. *p.* 240. Convallaria bifolia. *Flor. dan. t.* 291.

1152. PARIETARIA. *Flores* mere feminei hermaphroditis in eodem trunco interfiti. *Cal.* 4fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1. fuperum elongatum.

indica. 1. P. foliis lanceolatis, caule erecto. *Mant. p.* 128. *Rumph. amb. t.* 10. *f.* 1.

officinalis. 2. P. foliis lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calicibus diphyllis. *Flor. dan. t.* 521.

judaica. 3. P. foliis ovatis, caulibus erectis, calicibus trifloris : corollis mafculis elongato-cylindricis. *Bocc. fic. t.* 24. *f.* A.

lufitanica. 4. P. foliis ovatis obtufis, caulibus filiformibus ftriatis laevibus procumbentibus. *Bocc. fic. t.* 24. *f.* B.

urticæfolia. 5. P. foliis ovatis oppofitis petiolatis ferratis venofis pubefcentibus, floribus axillaribus. *Suppl. p.* 434.

cretica. 6. P. foliis fubovatis, involucris fructiferis quinquefidis compreffis : laciniis lateralibus majoribus.

debilis. 7. P. foliis alternis ovatis petiolatis integerrimis fubpilofis, pedunculis axillaribus fubtrifloris, caule erectiufculo. *Forft. fl. auftr. p.* 73.

BOEHMERIA. *Flores* diclini. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4partitus.
♀. *Cal.* o. & squamæ confertæ, inter quas *germen* obovatum. *Sem.* 1. compressum.

* *floribus dioicis.*

caudata. 1. B. foliis oppositis ovatis acutis serratis, racemis longissimis pendulis, caule suffruticoso. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 34.

** *floribus monoicis.*

† *foliis oppositis.*

littoralis. 2. B. foliis ovato-lanceolatis serratis, floribus conglomeratis axillaribus mixtis, caule herbaceo tetragono. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 34.

cylindrica. 3. B. foliis ovatis acuminatis serratis, racemis spicatis axillaribus erectis simplicibus. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 622. Urtica cylindrica. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 82. *f.* 2.

†† *foliis alternis.*

ramiflora. 4. B. foliis lato-lanceolatis acuminatis serratis rugosis, floribus aggregatis axillaribus lateralibusque distinctis: masculis triandris. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 236.

hirta. 5. B. foliis ovatis acutis serratis hirsutis, floribus congestis axillaribus mixtis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 34.

PROCRIS. *Flores* diclini.
♂. Aggregati. *Cal.* 4fidus, staminibus brevior.
♀. *Caps.* minima, receptaculo baccato sphæroideo immersa.

axillaris. 1. PROCRIS. *Jussieu gen. plant. p.* 403.

EMPLEURUM. *Flores* monoici. *Cal.* 4dentatus, campanulatus, ſtaminibus brevior.
♀. *Stil.* 0. *Stigm.* laterale. *Capſ.* proceſſu foliaceo coronata, 1locularis, 1ſperma.

Aitoni. 1. EMPLEURUM. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 513.

1054. **URTICA.** *Flores* diclini. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 0.
♂. *Nectarium* centrale, cyathiforme.
♀. *Cal.* foliola 2oppoſita exigua. *Stigma* villoſum. *Sem.* 1, ovatum, nitidum.

* *floribus dioicis.*
† *foliis oppoſitis.*

dioica. 1. U. foliis cordatis, racemis geminis. *Flor. dan. t.* 746.

laxa. 2. U. foliis ovatis acuminatis ſerratis, floribus maſculis pedunculatis confertis: femineis racemoſis, caule laxo. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 35.

rugoſa. 3. U. foliis oblongis ſerratis nervoſis rugoſis, racemis terminalibus caule ſimplici erecto. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 35.

nudicaulis. 4. U. foliis ſubterminalibus oblongis acuminatis integris trinerviis, caule anguloſo inferne nudo racemifero. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 35.

ſtolonifera. 5. U. ſubcauleſcens, foliis oblongis ſubſerratis, ſtolonibus radicalibus. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 36.

microphylla. 6. U. foliis ovatis acutis integerrimis, caulibus ſimpliciuſculis adſcendentibus. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 673. Parietaria microphylla. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 93. *f.* 1.

†† *foliis alternis.*

alata. 7. U. foliis ovatis acutis ſerratis, caule arboreo, ramis nudiuſculis racemiferis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 37.

** *floribus monoicis.*

† *foliis oppositis.*

pilulifera. 8. U. foliis ovatis serratis, amentis fructiferis globosis. *Mill. illustr. ic.*

virgata. 9. U. foliis ovatis serratis trinerviis, spicis axillaribus solitariis interruptis. *Forster fl. austr. p.* 66.

elongata. 10. U. foliis ovatis serratis: serratura terminali elongata, racemis axillaribus solitariis elongatis. *Suppl. p.* 418. Urtica Japonica.

iners. 11. U. foliis ovatis acutis serratis, capitulis interfoliaceis sessilibus. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 160.

spicata. 12. U. foliis ovatis acutis serratis glabris, spicis capillaribus interruptis. *Thunb. fl. jap. p.* 69.

diffusa. 13. U. foliis ovatis acute serratis hispidis, stipulis revolutis, racemis paniculatis folio longioribus, caulibus procumbentibus. *Swartz nov. pl. gen. & sp. p.* 35.

ciliata. 14. U. foliis ovatis ciliatis serratis, floribus terminalibus aggregatis subpedunculatis, caule divaricato. *Swartz nov. pl. gen. & sp. p.* 36.

filiformis. 58. U. foliis ovatis serratis trinerviis, amentis filiformibus fere longitudine foliorum. *Walt. flor. carol. p.* 230.

ciliaris. 15. U. foliis ovatis ciliatis, racemis divaricatis. *Plum. ic.* 120. *f.* 2.

Dodartii. 16. U. foliis ovatis subintegerrimis, amentis fructiferis globosis. *Blackw. herb. t.* 321. *f.* 2.

alienata. 17. U. foliis ovatis integerrimis. *Spec. pl. p.* 1492. Parietaria Zeylanica.

pumila. 18. U. foliis ovatis, racemis bipartitis brevissimis.

grandifolia. 19. U. foliis ovatis, stipulis cordatis indivisis, racemis paniculatis longitudine foliorum. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 83. *f.* 2.

cylindrica. 59. U. foliis ovato-oblongis, petiolis cauleque nudiusculis, racemis cylindricis solitariis sessilibus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 341.

gracilis. 60. U. foliis ovato-lanceolatis nudiusculis, caule petiolisque hispidis, racemis geminis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 341.

balearica. 20. U. foliis cordatis serratis, amentis fructiferis globosis. *Blackw. herb. t.* 321. *f.* 1.

betulæfolia. 21. U. foliis cordato-ſubrotundis ſerratis, ſtipulis integris, floribus racemoſis, caule proſtrato adſcendente. Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 35.

ferox. 22. U. foliis haſtato-cordatis ſetoſo-ſerratis, racemis geminis divaricatis, ſtipulis cordatis. Forst. fl. auſtr. p.

ſerrulata. 23. U. foliis lanceolatis ſerratis glabris, pedunculis axillaribus folio brevioribus, floribus capitatis, caule fruteſcente tetragono. Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 37.

Parietaria. 24. U. foliis lanceolatis integerrimis hinc anguſtioribus. Sloan. hiſt. jam. t. 93. f. 1.

rhombea. 25. U. foliis integerrimis ſubrhombeis trinerviis. Suppl. p. 417.

cuneifolia. 26. U. foliis cuneatis obovatis apice dentatis: alternis majoribus, racemulis pedunculatis. Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 37.

radicans. 27. U. foliis cuneato-ovatis crenatis nitidis, floribus axillaribus ſubſeſſilibus, caule ramiſque radicantibus. Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 36.

urens. 28. U. foliis ovalibus, caule ramoſo. Flor. dan. t. 739.

repens. 29. U. foliis ovalibus, caule ſimplici repente. Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 35.

reticulata. 30. U. foliis oblongis acutis ſubtus reticulatis, ſtipulis ovatis integris, racemis paniculatis folio brevioribus. Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 35.

rufa. 31. U. hirſuta, foliis oblongis ſerratis, ſtipulis ſubrotundis perſiſtentibus, racemis terminalibus, caule ſuffruteſcente ramoſo. Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 35.

trianthemoides. 32. U. foliis oblongis integerrimis: alternis majoribus, caule erecto ramoſo. Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 3

macrophylla. 33. U. foliis ſubrotundis duplicato-ſerratis, floribus paniculatis. Thunb. fl. jap. p. 69.

depreſſa. 34. U. foliis ſubrotundis crenatis glabris, floribus terminalibus conſertis, caule repente ſubdiviſo. Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 36.

herniarioides. 35. U. foliis ſubrotundis integris terminalibus quaternis, floribus diſtinctis, caule filiformi diffuſo. Swarts nov. act. Stockh. 1787. t. 2. f. 1.

numularifolia. 36. U. foliis orbiculatis crenatis hirſutis, floribus terminalibus confertis, caule filiformi ſimplici repente. Swarts nov. act. Stockh. 1787. t. 1. f. 2.

cannabina. 37. U. foliis tripartitis incisis. *Amm. ruth. t.* 25.

lucida. 38. U. foliis semipinnatis nitidis, pedunculis axillaribus folio longioribus, floribus capitatis, caule frutescente angulato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 36.

++ *foliis alternis.*

æstuans. 39. U. foliis cordatis, racemis dichotomis, fructibus orbiculato-corymbosis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 79. *f.* 1 ?

capitata. 40. U. foliis cordatis, glomerulis spicatis.

baccifera. 41. U. foliis cordatis dentatis aculeatis, caule fruticoso, calicibus femineis baccatis. *Plum. ic.* 260.

capensis. 42. U. foliis cordatis inermibus subtus pubescentibus, spicis interruptis. *Suppl. p.* 417.

japonica. 43. U. foliis cordatis villosis, floribus glomerato-capitatis. *Thunb. fl. jap. p.* 70.

villosa. 44. U. foliis cordatis hirtis, globulis sessilibus. *Thunb. fl. jap. p.* 70.

interrupta. 45. U. foliis ovato-cordatis serratis petiolo subbrevioribus, spicis solitariis interruptis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 20.

ruderalis. 46. U. foliis cordato-ovatis obtuse serratis, paniculis axillaribus divaricato-corymbosis. *Forster fl. austr. p.* 66.

canadensis. 47. U. foliis cordato-ovatis, amentis ramosis distichis erectis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 25. *f.* 2.

divaricata. 48. U. foliis ovatis, racemis compositis divaricatis. *Pluckn. alm. t.* 237. *f.* 2.

lappilacea. 49. U. foliis ovatis scabriusculis, floribus terminalibus subsessilibus, seminibus trigonis, caule diffuso. *Swarts nov. act. Stockh.* 1787. *p.* 69. *t.* 2. *f.* 2.

palmata. 50. U. foliis ovatis serratis palmatis, spicis femineis rigidis secundis pinnato-ramosis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 159.

parasitica. 51. U. foliis ovatis acuminatis serratis mollibus, capitulis axillaribus sessilibus. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 160.

sessiliflora. 52. U. foliis lanceolato-ovatis crenatis, racemis, brevissimis axillaribus, floribus distinctis, caule erecto. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 37.

argentea. 53. U. foliis elliptico-lanceolatis integris subtus glaucis, spicis axillaribus solitariis interruptis. *Forst. fl. austr. p.* 65.

arborea. 54. U. foliis ellipticis acuminatis ſubtus villoſis, panicul terminali ex ſpicis ramoſis. *Suppl. p.* 417. *Herit. ſtirp. nov.* 2. *p.* 39. *t.* 20.

nivea. 55. U. foliis ſuborbiculatis utrinque acutis ſubtus tomen toſis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 166.

fruteſcens. 56. U. foliis oblongis cuſpidatis ſubtus niveis. *Suppl. p.* 41

ſtimulans. 57. U. foliis oblongis baſin verſus attenuatis integri paniculis axillaribus. *Suppl. p.* 418.

1104. BATIS. *Flores* dioici. *Cal.* o. *Cor.* o.
♂. *Amentum* 4fariam imbrica-tum.
♀. *Amentum* ovatum : involucro 2phyllo. *Stigma* 2lobum, ſeſſile. *Baccæ* coadunatæ, 4ſpermæ.

maritima. 1. BATIS. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 246.

1103. TROPHIS. *Flores* dioici. *Cal.* o.
♂. *Cor.* 4petala.
♀. *Cor.* o. *Stilus* 2partitus, *Bacca* 1ſperma.

americana. 1. Tr. foliis glabris. *Brown. jam. t.* 37. *f.* 1.

aſpera. 2. Tr. foliis aſperis inæqualiter ſerratis. *Koenig* apud *Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 30.

MAPRUNEA. *Flores* dioici. *Cor.* o. *Cal.* mini-mus, 4partitus.
♂. *Antheræ* 4 filamento 1 inſi-dentes.

guianenſis. 1. MAPRUNEA. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 895. *t.* 342.

1105.

1105. VISCUM. *Flores* dioici. *Cor.* o.

♂ *Cal.* 4partitus. *Filamenta* o. *Antheræ* calici adnatæ.

♀. *Cal.* 4phyllus,ſuperus. *Stilus* o. *Bacca* pulpoſa, 1locularis, 1ſperma. *Sem.* cordatum.

opuntioides. 1. V. caule prolifero ramoſiſſimo aphyllo compreſſo. *Sloan. jam. hiſt.* 2. *t.* 201. *f.* 1. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 2. *t.* 27. *f.* 1.

capenſe. 2. V. aphyllum, ramis brachiatis. *Suppl. p.* 426.

rotundifolium. 3. V. foliis orbiculatis, floribus verticillatis. *Suppl. p.* 426.

purpureum. 4. V. foliis obovatis, racemis lateralibus. *Catesb. Carol.* 2. *t.* 95.

antarcticum. 5. V. foliis ovatis integerrimis, racemis rameis terminalibuſque articulatis. *Forſt. fl. auſtr. p.* 70.

verticillatum. 6. V. caule verticillato, foliis ovatis trinerviis obtuſis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 201. *f.* 2.

pauciflorum. 7. V. foliis ovatis obtuſis enerviis, floribus ſparſis ſolitariis, caule fruticoſo: ramis alternis. *Suppl. p.* 426.

flavens. 8. V. foliis ovatis venoſis, racemis axillaribus utrinque ternis quaterniſque. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 32. *Plum. ic.* 258. *f.* 4.

terreſtre. 9. V. caule herbaceo tetragono brachiato, foliis lanceolatis.

rubrum. 10. V. foliis lanceolatis obtuſis, ſpicis lateralibus. *Catesb. Carol.* 2. *t.* 81.

album. 11. V. foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. *Mill. illuſtr. ic.*

macroſtachyon. 12. V. foliis lineari-lanceolatis, ſpicis axillaribus filiformibus. *Jacq. coll.* 2. *p.* 109. *t.* 5. *f.* 3.

KRASCHENNINIKOFIA. *Flores* diclini.
♂. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Cal.* 1phyllus, fubbifidus. *Sem.* 1. arillatum.

latens. 1. KRASCHENNINIKOFIA. *Güldenft. act. Petrop.* 16. *p.* 548.

1106. HIPPOPHAE. *Flores* dioici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 1phyllus, 2lobus.
♀. *Cal.* 1phyllus tubulofus.
Bacca fupera, 1 locularis.
Semen durum, nitidum.

rhamnoides. 1. H. foliis lanceolatis. *Flor. dan. t.* 265. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 42. *f.* 5.

canadenfis. 2. H. foliis ovatis.

1031. POTHOS. *Spatha. Spadix* fimplex, tectus. *Cal.* o. *Petala* 4. *Stamina* germini proxima. *Baccæ* 2fpermæ.

fcandens. 1. P. petiolis latitudine foliorum, caule radicante. *Rumpf. amb.* 5. *t.* 184. *f.* 1-3.

acaulis. 2. P. foliis lanceolatis integerrimis enerviis. *Jacq. ftirp. amer. pict. t.* 231.

lanceolata. 3. P. foliis lanceolatis integerrimis trinerviis, fcapo apice triquetro. *Plum. filic. t.* 206.

crenata. 4. P. foliis lanceolatis crenatis. *Plum. ic.* 39.

violacea. 5. P. foliis ovato-lanceolatis integris nervofis punctatis. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 32.

cufcuaria. 6. P. foliis ovato-oblongis acutis integerrimis, caule fcandente. *Rumpf. amb.* 5. *p.* 488. *t.* 183. *f.* 1.

ovata. 7. P. foliis ovatis fubtus glaucis. *Walt. flor. carol. p.* 224. *Baccæ* 1fpermæ.

macrophylla. 8. P. foliis cordatis, ſpadice longiſſimo, radice nodoſa. *Plum. fil. t.* 63.

cordata. 9. P. foliis cordatis, ſpadice brevi. *Plum. fil. t.* 205. *β ? Plum. amer. p.* 37. *t.* 51. *f.* a.

palmata. 10. P. foliis palmatis. *Plum. filic. t.* 207. 208.

pinnata. 11. P. foliis pinnatifidis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 183. *f.* 2.

1019. NEPENTHES. *Flores* dioici. *Cal.* 4partitus. *Cor.* o. *Capſ.* 4locularis.

deſtillatoria. 1. NEPENTHES. *Burm. fl. zeyl. t.* 17.

MOSCHARIA. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* o. *Antheræ* ſeſſiles, ſtigmatis apici circumpoſitæ. *Sem.* 4 nuda.

Forſkähli. 1. MOSCHARIA. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 158.

NIGRINA. *Cal.* o. *Cor.* 4petala. *Capſula ?*

ſpicata. 1. NIGRINA. *Thunb. fl. jap. p.* 65. *nonne eadem cum chlorantho ?*

159. ELÆAGRUS. *Cor.* o. *Cal.* 4fidus, campanulatus, ſuperus. *Drupa* infra calicem campanulatum.

anguſtifolia. 1. E. inermis, foliis lanceolatis. *du Hamel arb.* 1. *t.* 89. *Pallas fl. roſſ. t.* 4.

criſpa. 2. E. inermis, foliis lanceolato-oblongis obtuſis undulatis, floribus ſolitariis. *Thunb. fl. jap. p.* 66.

glabra. 3. E. inermis, foliis ovato-oblongis acuminatis, floribus axillaribus ſubſolitariis. *Thunb. fl. jap. p.* 67.

orientalis. 4. E. inermis, foliis oblongis ovatis opacis. *Matt. p.* 41. *Pall. fl. roſſ. t.* 5. *an ſatis diſtincta a ſpinoſa?*

latifolia. 5. E. inermis, foliis ovatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 39. *f.* 2.

multiflora. 6. E. inermis, foliis obovatis obtuſis, floribus axillaribus aggregatis, pedunculis flore longioribus. *Thunb. fl. jap. p.* 66.

umbellata. 7. E. inermis, foliis obovatis obtusis, floribus axillaribus aggregatis, pedunculis flore brevioribus. *Thunb. fl. jap. p. 66.*

macrophylla. 8. E. inermis, foliis rotundato-ovatis argenteis. *Thunb. fl. jap. p. 67. an distincta species?*

spinosa. 9. E. ramulis basi spinosis, foliis ellipticis.

pungens. 10. E. ramulis spinescentibus, foliis oblongis undulatis, floribus axillaribus binis. *Thunb. fl. jap. p. 68.*

GONOCARPUS. *Cor.* 4fida. *Drupa* 8gona, 1sperma.

micranthus. 1. GONOCARPUS. *Thunb. fl. jap. p. 69.*

480. SANTALUM. *Petala* 4 calici innata & glandulæ 4. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* infera, 1sperma.

album. 1. SANTALUM. *Rumpf amb. 2. t. 11.*

1274. SERPICULA. *Flores* monoici. *Cor.* 4petala.
♂. *Cal.* 4dentatus.
♀. *Cal.* 4partitus. *Nux* tomentosa.

verticillata. 1. S. foliis verticillatis aculeato-serratis. *Suppl. p. 416.*

repens. 2. S. foliis alternis linearibus. *Mant. p. 124. Suppl. p. 416.*

AUCUBA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 4petala.
♀. *Nect.* 0. *Nux* 1locularis, 1sperma.

japonica. 1. AUCUBA. *Thunb. fl. jap. p. 64.*

1432. MONTINIA. *Flores* dioici. *Cal.* 4dentatus, superus. *Cor.* 1-aut 4petala. ♀. *Filam.* sterilia. *Stil.* 2fidus. *Caps.* oblonga, infera, 2locularis. *Semina* bracteata, sursum imbricata.

acris. 1. MONTINIA. *Suppl. p.* 427. *Burm. afr. t.* 90. *f.* 1. 2. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 5.

1244. STRUTHIOLA *Cor.* 0. *Cal.* tubulosus: ore glandulis 8. *Bacca* exsucca, 1sperma.

virgata. 1. Str. foliis lineari-lanceolatis erectis, bracteis ciliato-barbatis. *Mant. p.* 41. *Burm. afr. t.* 47. *f.* 1.

erecta. 2. Str. foliis lineari-lanceolatis quadrifariam imbricatis, bracteis calicibusque nudis. *Mant. p.* 41.

lanceolata. 3. Str. foliis ovato-lanceolatis calicibusque nudis, bracteis pubescentibus. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 26.

juniperina. 4. Str. foliis linearibus acutis patentibus, bracteis calicibusque nudis. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 26.

nana. 5. Str. foliis linearibus obtusis pilosis, floribus terminalibus fasciculatis tomentosis. *Suppl. p.* 128.

136. MANETTIA. *Cal.* 8phyllus. *Cor.* 4fida. *Caps.* infera, 2valvis, 1locularis. *Sem.* imbricata, orbiculata: seminulo centrali.

reclinata. 1. M. foliis ovatis acutis pubescentibus, caule reclinato herbaceo. *Mant. p.* 558.

Lygistum. 2. M. foliis ovatis acutis venosis, caule volubili suffrutescente. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 120. Peresia Lygistum. *Brown. jam. t.* 3. *f.* 2.

KRAMERIA. *Cal.* o. *Cor.* 4petala: *nectario* ſuperiore 3partito, inferiore 2phyllo. *Bacca* ſicca, echinata, 1ſperma.

Ixina. 1. KRAMERIA.

1363. HARTOGIA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 4petala, patens. *Drupa* ovata, 2ſperma.

capenſis. 1. HARTOGIA.

1193. ACÆNA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Bacca* ſicca, infera, 1ſperma, retrorſum echinata.

elongata. 1. ACÆNA. *Mant. p.* 200.

162. RIVINA. *Cor.* 4petala, perſiſtens. *Cal.* o. *Bacca* 1ſperma. *Sem.* lentiforme.

humilis. 1. R. racemis ſimplicibus, foliis pubeſcentibus. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 66. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 5. *t.* 77. *f.* 5. *Flores ſæpe pluribus, quam 4 ſtaminibus inſtructi.*

lævis. 2. R. racemis ſimplicibus, foliis glabris. *Mant. p.* 41. *Kniph. bot. orig. cent.* 2. *n.* 74. *an vere diſtincta?*

octandra. 3. R. racemis ſimplicibus, floribus octandris dodecandriſve. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 21.

paniculata. 4. R. paniculæ racemis compoſitis oppoſitiſque.

VOTOMITA. *Cor* 4petala, reclinata. *Cal.* 4dentatus. *Antheræ* per membranulam intermediam in cylindrum coadunatæ. *Stigm.* 4. *Drupa* 1locularis; 1ſperma.

guianenſis. 1. VOTOMITA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 90. *t.* 35.

1364. EMBOTHRIUM. *Cor.* 4petala. *Antheræ* petalorum apicibus insidentes. *Folliculus* teres.

umbellatum. 1. E. umbellis axillaribus simplicissimis pedunculatis, foliis oblongis aveniis, antheris sessilibus. *Suppl. p.* 128. *Forst. char. gen. t.* 8. *f.* a-f.

coccineum. 2. E. thyrsis terminalibus sessilibus, foliis obovatis venosis, antheris pedicellatis. *Suppl. p.* 128. *Forst. charact. gen. t.* 8. *f.* g-m.

NACIBEA. *Cor.* 4fida: tubo ventricoso. *Cal.* 1phyllus, turbinatus. *Caps.* ovata, 4valvis, 2locularis, polysperma.

coccinea. 1. N. calicibus octodentatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 96. *t.* 37. *f.* 1.

alba. 2. N. calicibus quadridentatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 98. *t.* 37. *f.* 2.

CUSSAREA. *Cor.* 4fida: tubo brevi. *Cal.* 5dentatus. *Stigma* 4-5cuspidatum. *Bacca* ovata, 1locularis, 1sperma.

violacea. 1. CUSSAREA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 98. *t.* 38.

FARAMEA. *Cor.* tubulosa, 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Stigm.* 2lobum. *Pericarp.* 2loculare.

corymbosa. 1. F. pedunculis ternatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 102. *t.* 40. *f.* 1.

sessiliflora. 2. F. floribus sessilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 104. *t.* 40. *f.* 2.

MALANEA. *Cor.* 4fida: tubo brevissimo. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* 2fidus. *Bacca* ovata, 1locularis: *ossiculo* 2loculari.

sarmentosa. 1. MALANEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 106. *t.* 41.

TONTANEA. *Cor.* infundibuliformis, 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* 2partitus. *Bacca* ovata, 2partibilis, 2locularis polyſperma.

guianenſis. 1. TONTANEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 108. *t.* 42.

PATABEA. *Cor.* 4fida: tubo oblongo. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* 2fidus.

coccinea. 1. PATABEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 110. *t.* 43.

CHLORANTHUS. *Cal.* 0. *Cor.* 1petala, 3loba, lateri germinis inſidens. *Antheræ* corollæ adnatæ. *Bacca* 1ſperma.

inconſpicuus. 1. CHLORANTHUS. *Swarts act. angl.* 77. 2. *p.* 359. *t.* 14. *Herit. ſert. angl. p.* 1. & 35. *t.* 2.

163. SALVADORA. *Cal.* 4fidus. *Cor.* 0. *Bacca* 1ſperma. *Sem.* arillo veſtitum.

perſica. 1. SALVADORA.

EMBELIA. *Cal.* 4fidus, inferus. *Stil.* 0. *Bacca.*

indica. 1. EMBELIA. *Burmann ind. p.* 62.

CANSIERA. *Cal.* globoſo-urçeolatus, 4dentatus. *Cor.* 0. *Antheræ* incluſæ. *Germen* ſuperum, ſquamis 4 cinctum. *Stigma* capitatum.

Rheedii. 1. CANSIERA. *Juſſieu gen. plant. p.* 448.

164. CAMPHOROSMA. *Cal.* urceolatus: dentibus 2 oppoſitis alterniſque minimis. *Cor.* 0. *Capſ.* 1ſperma.

monſpelienſe. 1. C. foliis hirſutis. *Regn. bot. t.* 331.

acutum. 2. C. foliis ſubulatis rigidis glabris. *Lobel. ic.* 404.

glabrum. 3. C. foliis ſubtriquetris glabris inermibus.

Pteranthus. 4. C. ramoſiſſimum, pedunculis enſiformibus dilatatis, bracteis criſtatis. *Mant. p.* 41.

Paleaceum. 5. C. fruticoſum, ramis ſpicæ æmulis paleaceis piloſis. *Suppl. p.* 128.

165. ALCHEMILLA. *Cal.* 8fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1–2 calice veſtita.

vulgaris. 1. A. foliis lobatis. *Flor. dan. t.* 693.

alpina. 2. A. foliis digitatis ſerratis. *Flor. dan. t.* 49. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 5. *t.* 73. *f.* 1.

pentaphyllæ. 3. A. foliis quinatis multifidis glabris. *Bocc. muſ.* 1. *t.* 1.

aphanoides. 4. A. foliis multipartitis, caule erecto. *Suppl. p.* 129.

DIGYNIA.

GALOPINA. *Cal.* 0. *Cor.* 4fida. *Sem.* 2. nuda.

circæoides. 1. GALOPINA. *Thunb. nov. gen. pl. p.* 1.

167. CRUCITA. *Cal.* 4phyllus, exterior 3phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1.

hiſpanica. 1. CRUCITA.

168. BUFFONIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capſ.* 1locularis, 2ſperma.

tenuifolia. 1. BUFFONIA. *Magn. fl. monſp. t.* 97.

166. HAMAMELIS. *Involucrum* 3phyllum. *Cal.* proprius 4phyllus. *Petala* 4. *Nux* 2cornis, 2locularis.

androgyna. 1. H. floribus hermaphroditis. *Mill. illuſtr. ic. Catesb. Car.* 3. *t.* 2.

monoica. 2. H. floribus monoicis. *Walt. flor. carol. p.* 255.
dioica. 3. H. floribus dioicis. *Walt. flor. carol. p.* 255.

NERTERA. *Cal.* o. *Cor.* infundibuliformis, 4fida, fupera. *Bacca* infera 2locularis. *Semina* folitaria.

depreffa. 1. NERTERA. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 2. *p.* 124. *t.* 26. *f.* 1.

1052. BETULA. *Flores* monoici. *Cal.* 1phyllus, 3-5fidus. *Cor.* 4partita.
♂. *Cal.* 3florus.
♀. *Cal.* 2florus. *Semin.* 2-3.

alba. 1. B. foliis deltoidibus acutis duplicato-ferratis glabris, ramis erectis ftrictis. *Blackw. herb. t.* 240.
β) Betula dalecarlica. *Suppl. p.* 416.
pendula. 2. B. foliis deltoidibus acutis duplicato-ferratis glabris, ramis flaccidis pendulis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 405.
populifolia. 3. B. foliis deltoidibus longe acuminatis inæqualiter ferratis glaberrimis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 336.
crifpa. 4. B. pedunculis ramofis, foliis ovatis acutis fubundulatis: venis fubtus pilofis; axillis nudis, ftipulis fubrotundo-ovatis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 339.
incana. 5. B. pedunculis ramofis, foliis fubrotundo-ellipticis acutis, fubtus pubefcentibus: axillis venarum nudis, ftipulis lanceolatis, amentis fpicatis. *Suppl. p.* 417.
ferrulata. 6. B. pedunculis ramofis: foliis obovatis acutis: venis & axillis venarum fubtus villofis, ftipulis ovalibus obtufis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 338.
oblongata. 7. B. pedunculis ramofis, foliis ovalibus obtufiufculis glutinofis: venarum axillis fubtus nudis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 338.
Alnus. 8. B. pedunculis ramofis cuneiformibus obtufiffimis, foliis fubrotundo glutinofis, venarum axillis fubtus villofis. *Regn. bot. t.* 326.
pumila. 9. B. foliis obovatis crenatis. *Mant. p.* 124. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 122.

papyracea. 10. B. foliis ovatis acuminatis duplicato-ferratis: venis fubtus hirfutis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 337.

nigra. 11. B. foliis rhombeo-ovatis acutis duplicato-ferratis pubefcentibus bafi integris, ftrobilorum fquamis villofis.

lenta. 12. B. foliis cordatis oblongis acuminatis ferratis.

excelfa. 13. B. foliis ovatis acutis ferratis: petiolis pubefcentibus pedunculo brevioribus. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 337.

nana. 14. B. foliis orbiculatis crenatis. *Flor. dan. t.* 91. *Pall. fl. roff. t.* 40.

daurica. 15. B. *Pall. fl. roff. t.* 39.

fruticofa. 16. B. foliis ovato rhomboideis verfus apicem acuminatum inæqualiter ferratis. *Pall. flor. roff. t.* 40.

1055. MORUS. *Flores* monoici. *Cor.* o.

♂. *Cal.* 4partitus.
♀. *Cal.* 4phyllus, fructiferus baccans. *Sem.* 1. tectum.

alba. 1. M. foliis oblique cordatis lævibus.

cinctoria. 2. M. foliis oblique cordatis acuminatis hirfutis.

nigra. 3. M. foliis cordatis fcabris. *Blackw. herb. t.* 126.

rubra. 4. M. foliis cordatis fubtus villofis, amentis cylindricis. *Pluckn. alm. t.* 246. *f.* 4.

papyrifera. 5. M. foliis palmatis, fructibus hifpidis. *Kaempf. hift. jap. t.* 40. *f.* 1. *Gilii a Xuarez offerv. fitol.* 1. *t.* 8.

indica. 6. M. foliis ovato-oblongis utrinque æqualibus inæqualiter ferratis. *Rumpf amb.* 7. *t.* 5.

tatarica. 7. M. foliis ovato-oblongis utrinque æqualibus æqualiter ferratis.

Xanthoxylum. 8. M. foliis oblongis hinc productioribus, fpinis axillaribus. *Jacq. ftirp. amer. pict. t.* 263.

mauritiana. 9. M. foliis lanceolato-oblongis acutis integerrimis; ftipulis lanceolatis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 206.

LAUREMBERGIA. *Flores* diclini, inferi.
♂. *Cal.* minut. 4partitus. *Cor.* 4petala.
♂. *Cal.* & *Cor.* o. *Nux* torulosa.

capensis. 1. LAUREMBERGIA. *Berg. flor. cap. p.* 351.

SCHÆFFERIA. *Flores* dioici. *Cor.* 4petala aut o.
♂. *Cal.* 4-5phyllus.
♀. *Cal.* 4-5partitus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* solitaria.

completa. 1. Sch. floribus tetrapetalis axillaribus. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 209. *f.* 1.

lateriflora. 2. Sch. floribus lateralibus apetalis. *Swarts nov. pl. gen.* & *sp. p.* 38.

1107. MYRICA. *Flores* dioici amentacei. *Cor.* o.
Cal. 2phyllus.
♀. *Drupa* 1sperma, supera, 1locularis.

segregata. 1. M. foliis lanceolatis integerrimis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 271. *pl. rar. ic. cent.* 2. *fasc.* 1. *t.* 24.

Nagi. 2. M. foliis lanceolatis integris aveniis. *Thunb. fl. jap. p.* 76. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 39. *f.* 8.

Gale. 3. M. foliis lanceolatis subserratis, caule suffruticoso. *Flor. dan. t.* 327. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 39. *f.* 7.

cerifera. 4. M. foliis lanceolatis subserratis, caule arborescente. *Catesb. Car.* 1. *t.* 69.

æthiopica. 5. M. foliis lanceolatis dentatis: infimis integerrimis. *Mant. p.* 298. *Pluckn. alm. t.* 48. *f.* 8.

Faya. 6. M. foliis elliptico-lanceolatis subserratis, amentis masculis compositis, drupæ nucleo quadriloculari. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 397.

quercifolia. 7. M. foliis oblongis opposite sinuatis. *Burm. ind. t.* 98. *f.* 1.

cordifolia. 8. M. foliis subcordatis serratis sessilibus. *Burm. afr. t.* 98. *f.* 3.

trifoliata. 8. M. foliis ternatis dentatis.

1164. ANTHOSPERMUM. *Flores* etiam mafculi & feminei, aliquando omnes in eadem planta, rarius fine hermaphroditis. *Cal.* 4partitus. *Cor.* o. *Germen* inferum.

æthiopicum. 1. A. foliis lævibus, caule fruticofo. *Pluckn. alm. t.* 183. *f.* 1.

herbaceum. 2. A. foliis fenis lævibus, caule herbaceo. *Suppl. p.* 440.

ciliare. 3. A. foliis carina margineque ciliatis. *Pluckn. mant. t.* 244. *f.* 5.

170 CUSCUTA. *Cal.* 4-5fidus. *Cor.* 1petala. *Capf.* 2locularis, circumfciffa. *Semina* gemina.

europæa. 1. C. floribus feffilibus quadrifidis. *Flor. dan. t.* 199.

Epithymum. 2. C. floribus feffilibus quinquefidis bracteis obvallatis. *Flor. dan. t.* 427.

americana. 3. C. floribus pedunculatis. *Sloan. hift. jam.* 1. *t.* 128. *f.* 4.

PAGAMEA. *Cor.* 4fida: tubo brevi. *Cal.* 4dentatus. *Germ.* fubrotundum. *Bacca* 2locularis: *Officula* 2 2locularia: *loculis* 1fpermis.

guianenfis. 1. PAGAMEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 113. *t.* 44.

171. HYPECOUM. *Cal.* 2phyllus. *Petala* 4: exteriora 2 latiora, 3fida. *Siliqua*.

procumbens. 1. H. filiquis arcuatis compreffis articulatis, petalis divifis.

pendulum. 2. H. filiquis cernuis teretibus cylindricis.

erectum. 3. H. filiquis erectis teretibus torulofis. *Amm. ruth. t.* 9.

littorale. 4. H. filiquis articulatis compreffis arcuatis, petalis integris. *Jacq. coll.* 2. *p.* 205.

1365. GOMOZIA. *Cal.* o. *Cor.* campanulata, 4fida, supera. *Bacca* 2locularis.

granadensis. 1. GOMOZIA. *Suppl. p.* 129.

TRIGYNIA.

1053. BUXUS. *Flores* diclini.
♂. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 2petala. *Germinis* rudimentum.
♀. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 3petala. *Capſ.* 3roſtris, 3locularis. *Sem.* 2.

ſempervirens. 1. B. floribus monoicis. *Blackw. herb. t.* 196. *Regn. bot. t.* 273.

dioica. 2. B. floribus dioicis.

CRANZIA. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Filamenta* ovata.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Stili* conici. *Capſ.* 3cornis, 3locularis. *Sem.* 2.

lævigata. 1. CRANZIA. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 38.

ARGYTHAMNIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Stil.* dichotomi. *Capſ.* 3cocca. *Sem.* ſolitaria.

candicans. 1. ARGYTHAMNIA. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 86. *f.* 3.

TETRAGYNIA.

BRUCEA. *Flores* dioici. *Cal.* 4phyllus ſ. 4partitus. *Petala* 4. *Nectarium* forma receptaculi 4lobum.
♀. *Germina* ſupera: *Semina* ſolitaria.

antidyſenterica. 1. BRUCEA. *Herit. ſtirp. nov.* 1. *p.* 19. *t.* 10. *Mill. illuſtr. t.* 25.

1275. CICCA. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 4cocca.

diſticha. 1. CICCA. *Mant. p.* 124. *Suppl. p.* 416. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 315. Averrhea acida. *Rumpf amb.* 7. *t.* 33. *f.* 2.

172. ILEX. *Flores* rarius polygami. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* rotata. *Stilus* o. *Bacca* 4ſperma.

Aquifolium. 1. I. foliis ovatis acutis ſpinoſis petiolatis, floribus axillaribus ſubumbellatis. *Flor. dan. t.* 508.

opaca. 2. I. foliis ovatis acutis ſpinoſis glabris planis, floribus ad baſin ramulorum annotinorum ſparſis. *Ait. hort. Kew.* I. *p.* 169.

Perado. 3. I. foliis ovatis cum acumine inermibus ſubintegris. *Ait. hort. Kew.* I. *p.* 169.

japonica. 4. I. foliis ovatis acutis dentato-ſpinoſis ſeſſilibus, floribus racemoſis terminalibus. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

ſerrata. 5. I. foliis ovatis acutis ciliato-ſerratis, floribus axillaribus ſolitariis. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

latifolia. 6. I. foliis ovatis ſerratis, floribus axillaribus aggregatis. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

crenata. 7. I. foliis ovatis crenatis, pedunculis rameis ſparſis ſubtrifloris. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

Caſſine. 8. I. foliis ovato-lanceolatis ſerratis. *Catesb. Car.* I. *t.* 31.

aſiatica. 9. I. foliis lato-lanceolatis integerrimis.

integra. 10. I. foliis oblongis obtuſis integris, pedunculis unifloris. *Thunb. fl. jap. p.* 77.

cuneifolia. 11. I. foliis cuneiformibus tricuſpidatis. *Plum. ic.* 118. *f.* 2.

rotunda. 12. I. foliis rotundatis acutis integris, pedunculis umbellatis. *Thunb. fl. jap. p.* 77.

emarginata. 13. I. foliis obovatis emarginatis, floribus axillaribus binis. *Thunb. fl. jap. p.* 78.

Duhoon. 14. I. foliis lanceolato-ellipticis ſubintegris. *Walt. flor. carol. p.* 241.

decidua. 15. I. foliis elliptico-lanceolatis subserratis deciduis. *Walt. flor. carol. p.* 241.

myrtifolia. 16. I. foliis angustis brevibus spina terminatis. *Walt. flor. carol. p.* 241.

173. COLDENIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* infundibuliformis. *Stili* 4. *Stigm.* 2fida. *Nuces* 4: cortice fungoso.

procumbens. 1. COLDENIA. *Pluckn. alm. t.* 64. *f.* 6. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 5. *t.* 68. *f.* 3.

174. POTAMOGETON. *Cal.* o. *Petala* 4. *Stil.* o. *Sem.* 4.

natans. 1. P. foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. *Mill. illustr. ic.*

fluitans. 2. P. foliis petiolatis: inferioribus longissimis lanceolatis acuminatis membranaceis; superioribus ovali-lanceolatis coriaceis. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 72.

perfoliatum. 3. P. foliis cordatis amplexicaulibus. *Flor. dan. t.* 196.

densum. 4. P. foliis ovatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis, spica quadriflora.

lucens. 5. P. foliis longissime lanceolatis sessilibus: superioribus oppositis. *Kniph. bot. orig. cent.* 5. *n.* 70.

crispum. 6. P. foliis lanceolatis alternis oppositisve undulatis serratis. *Lob. ic.* 256.

serratum. 7. P. foliis ovalibus subpetiolatis: superioribus oppositis. *Flor. dan. t.* 195.

compressum. 8. P. foliis linearibus obtusis, caule compresso. *Flor. dan. t.* 203.

pectinatum. 9. P. foliis setaceis parallelis approximatis distichis.

setaceum. 10. P. foliis lanceolatis oppositis acuminatis.

nitens. 11. P. foliis lanceolatis oppositis obtusis. *Weber suppl. flor. holf. p.* 5.

gramineum. 12. P. foliis lineari-lanceolatis alternis sessilibus stipula latioribus. *Flor. dan. t.* 222.

marinum. 13. P. foliis linearibus alternis distinctis inferne vaginantibus. *Flor. dan. t.* 186.

pusillum. 14. P. foliis linearibus oppositis alternisque distinctis basi patentibus, caule tereti. *Vaill. fl. paris. t.* 32. *f.* 4.

hybridum. 15. P. foliis inferioribus immersis linearibus planis, superioribus natantibus oblongo-ovatis petiolatis. *Petagn. inst. bot.* 2. *p.* 289.

pinnatum. 16. P. foliis compositis linearibus, corollis deciduis. *Walt. flor. carol. p.* 90. *an hujus generis distincta species?*

verticillatum. 17. P. foliis verticillatis subovatis serratis subdecurrentibus, caule suberecto angulato. *Walt. flor. carol. p.* 90.

175. RUPPIA. *Cal.* 0. *Cor. Semina* 4 pedicellata.

maritima. 1. Ruppia. *Flor. dan. t.* 364.

176. SAGINA. *Cal.* 4phyllus. *Petala* 4. *Caps.* 1locularis, 4valvis, polysperma.

procumbens. 1. S. ramis procumbentibus. *Curt. flor. Lond.* 158.

apetala. 2. S. caule erectiusculo pubescente, floribus alternis apetalis. *Mant. p.* 559. *Arol. spec. t.* 8. *f.* 1.

erecta. 3. S. caule erecto subunifloro. *Flor. dan. t.* 845.

virginica. 4. S. caule erecto, floribus oppositis.

RADIOLA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Caps.* globosa, 4valvis, 8locularis. *Semina* solitaria.

linoides. 1. Radiola. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 225. Linum Radiola. *Flor. dan. t.* 178.

177. TILLÆA. *Cal.* 3-4partitus. *Petala* 3-4, æqualia. *Caps.* 3-4polyspermæ.

aquatica. 1. T. erecta dichotoma, foliis acutis, floribus quadrifidis. *Vaill. fl. par. t.* 10. *f.* 2.

perfoliata. 2. T. foliis perfoliatis ovatis, corymbis terminalibus, floribus quadrifidis. *Suppl. p.* 129.

capensis. 3. T. foliis oblongiusculis, floribus quadrifidis. *Suppl. p.* 129.

muscosa. 4. T. procumbens, floribus trifidis. *Bocc. mus. t.* 22.

178. MYGINDA. *Cal.* 4partitus. *Petala* 4. *Drupa* globosa.

uragoga. 1. M. foliis subcordatis acuminatis subserratis pubescentibus. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 22.

latifolia. 2. M. foliis ellipticis crenulatis coriaceis, floribus stigmatibus duobus ad quatuor sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 39.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores monopetali.*

† *inferi.*

⊢ *monospermi.*

242. MIRABILIS. *Nucula* infra corollam. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* globosum.

1057. AMBROSIA. *Flores* monoici. *Cal.* communis, 1phyllus.
♂. *Cor.* 1petalæ, 3fidæ., infundibulif. *Recept. nudum.*
♀. *Cal.* integer, ventre 5dentato, 1florus. *Cor.* o. *Nux* e calice indurato, 1sperma.

1058. PARTHENIUM. *Flores* monoici, compositi. *Cal.* commun. 5phyllus.
♂. *Cor.* disci 1petalæ.
♀. *Cor.* radiis, singulæ 2masculæ: intermedia feminea supera. *Sem.* nudum.

WEIGELA. *Stilus* e basi germinis. *Stigma* peltatum. *Cor.* infundibulif.

213. PLUMBAGO. *Stamina* nectarii valvis inserta. *Cor.* infundibulif. *Stigma* 5fidum.

⊢ ⊢ *tetraspermi.* Asperifoliæ.

186. CERINTHE. *Cor.* fauce nuda, ventricosa. *Sem.* 2 ossea, 2locularia.

1245. MESSERSCHMIDIA. *Cor.* fauce nuda, infundib. *Bacca* suberosa, 2partibilis, utroque 2spermo.

191. ECHIUM. *Cor.* fauce nuda, irregularis, campanulata.

179. HELIOTROPIUM. *Cor.* fauce nuda, hypocrateriformis: lobis dente interjectis.

184. PULMONARIA. *Cor.* fauce nuda, infundibulif. *Cal.* prismaticus.

181. LITHOSPERMUM. *Cor.* fauce nuda, infundibulif. *Cal.* 5partitus.

187. ONOSMA. *Cor.* fauce nuda, ventricosa.

187. SYMPHYTUM. *Cor.* fauce dentata, ventricosa.

188. BORAGO. *Cor.* fauce dentata, rotata.

190. LYCOPSIS. *Cor.* fauce fornicata, infundibulif. tubo curvato.
189. ASPERUGO. *Cor.* fauce fornicata, infundibulif. *Fructus* compressus.
183. CYNOGLOSSUM. *Cor.* fauce fornicata, infundibulif. *Sem.* depressa, latere affixa.
182. ANCHUSA. *Cor.* fauce fornicata, infundibulif. tubo basi prismatico.
180. MYOSOTIS. *Cor.* fauce fornicata, hypocraterif. lobis emarginatis.
BATSCHIA. *Cor.* hypocrateriformis: tubo lanuginoso basi prismatico. *Sem.* arcuata acuminata.
ARNEBIA. *Cor.* fauce nuda, infundibulif. tubo toto cylindrico.

⊢ ⊢ ⊢ *pentaspermi.*

193. NOLANA. *Sem.* baccata, 2-4locularia.

⊢ ⊢ ⊢ ⊢ *angiospermi.*

243. CORIS. *Caps.* 1locularis, 5valvis. *Cor.* irregularis. *Stigma* capitatum.
204. HYDROPHYLLUM. *Caps.* 1locularis, 2valvis. *Cor.* nectariis 5 exarata. *Stigma* 2fidum.
276. GALAX. *Caps.* 1locularis 2valvis. *Cor.* hypocraterif. *Stigma* subrotundum.
198. CORTUSA. *Caps.* 1locularis, oblonga. *Cor.* rotata. *Stigma* subcapitatum.
206. ANAGALLIS. *Caps.* 1locularis, circumscissa. *Cor.* rotata. *Stigma* capitatum.
205. LYSIMACHIA. *Caps.* 1locularis, 10valvis. *Cor.* rotata. *Stigma* obtusum.
201. CYCLAMEN. *Caps.* 1locularis intus pulposa. *Cor.* reflexa. *Stigma* acutum.
200. DODECATHEON. *Caps.* 1locularis, oblonga. *Cor.* reflexa. *Stigma* obtusum.
199. SOLDANELLA. *Caps.* 1locularis. *Cor.* lacera. *Stigma* simplex.
197. PRIMULA. *Caps.* 1locularis. *Cor.* infundibulif. fauce pervia. *Stigma* globosum.
196. ANDROSACE. *Caps.* 1locularis. *Cor.* hypocraterif. fauce coarctata. *Stigma* globosum.
195. ARETIA. *Caps.* 1locularis. *Cor.* hypocraterif. *Stigma* depresso-capitatum.

203. HOTTONIA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* tubus infra ſtamina. *Stigma* globoſum.

BACOPA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* tubus brevis. *Stigma* capitatum.

202. MENYANTHES. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* villoſa. *Stigma* 2-fidum.

DORÆNA. *Capſ.* 1locularis. *Cor.* 5fida. *Stigma* emarginatum.

1295. ALLAMANDA. *Capſ.* 1locularis, lentiformis, 2valvis: valvis cymbiformibus. *Sem.* imbricata.

VOYRIA. *Capſ.* 1locularis, 2valvis, polyſperma. *Cor.* hypocrateriformis. *Stigma* capitatum.

207. THEOPHRASTA. *Capſ.* 1locularis, maxima. *Cor.* campanulata. *Stigma* acutum.

1367. SHEFFIELDIA. *Capſ.* 1locularis, 5valvis. *Cor.* campanulata. *Filamenta* 10, *alterna* ſterilia.

ENDRACHIUM. *Capſ.* 2locularis, bacciformis. *Cor.* urceolata: limbo 5plicato. *Stamina* exſerta.

ANASSER. *Capſ.* 2locularis, 2valvis. *Cor.* urceolata, 5loba. *Stigma* 2dymum.

1368. RETZIA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* cylindrica, extus villoſa. *Stigma* 2fidum.

209. SPIGELIA. *Capſ.* 2locularis, didyma. *Cor.* infundibulif. *Stigma* ſimplex.

210. OPHIORHIZA. *Capſ.* 2locularis, 2loba. *Cor.* infundibulif. *Stigmata* 2.

215. CONVOLVULUS. *Capſ.* 2locularis, 2ſperma. *Cor.* campanulata. *Stigma* 2fidum.

PHACELIA. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, 4ſperma. *Cor.* ſubcampanulata. *Stamina* exſerta. *Stigm.* 2.

1248. LISIANTHUS. *Capſ.* 2locularis, polyſperma. *Cor.* infundibulif. ventricoſa. *Stilus* perſiſtens.

208. PATAGONULA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* rotata. *Stilus* dichotomus.

1246. NIGRINA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* infundibulif. *Cal.* inflatus.

246. DATURA. *Capſ.* 2locularis, 4valvis. *Cor.* infundibulif. *Cal.* deciduus.

247. HYOSCYAMUS. *Capſ.* 2locularis operculata. *Cor.* infundibulif. *Stigma* capitatum.

248. NICOTIANA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* infundibulif. *Stigma* emarginatum.

245. VERBASCUM. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* rotata. *Stam.* declinata. *Stigma* obtuſum.

255. CHIRONIA. *Capſ.* 2locularis. *Cor.* tubo urceolato. *Antheræ* defloratæ ſpirales.

1006. LOBELIA. *Capſ.* 1-3locularis. *Cor.* irregularis. *Cal.* 5fidus.

MURUCOA. *Capſ.* 2-3locularis. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 5partitus. *Stigm.* 2lamellatum.

194. DIAPENSIA. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 8phyllus.

214. PHLOX. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* hypocraterif. tubo curvo. *Stigma* 3fidum.

217. POLEMONIUM. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* 5partita. *Stamina* valvis impoſita.

CANTUA. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* urceolatis. *Stigma* 3.

HOITZIA. *Capſ.* 3locularis. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* tubuloſus. *Stigm.* 3.

216. IPOMŒA. *Cal.* 3locularis. *Cor.* infundibulif. *Stigma* capitatum.

1229. BROSSÆA. *Capſ.* 5locularis. *Cor.* truncata. *Cal.* carnoſus.

212. AZALEA. *Capſ.* 5locularis. *Cor.* campanulata. *Stigma* obtuſum.

1369. EPACRIS. *Capſ.* 5locularis, 5valvis. *Cor.* infundibuliformis, villoſa. *Squamæ* nectariferæ germini adnatæ.

302. CEROPEGIA. *Folliculi* 2. *Cor.* limbo connivente. *Sem.* papppoſa.

297. NERIUM. *Folliculi* 2 erecti. *Cor.* fauce coronata. *Sem.* pappoſa.

299. ECHITES. *Folliculi* 2 recti. *Cor.* infundibuliformis, fauce nuda. *Sem.* pappoſa.

AMSONIA. *Folliculi* 2 erecti. *Cor.* infundibuliformis, fauce clauſo. *Sem.* teretia oblique truncata.

398. PLUMIERIA. *Folliculi* 2 refracti. *Cor.* infundibuliformis. *Sem.* alata.

300. CAMERARIA. *Folliculi* 2 lobati. *Cor.* hypocraterif. *Sem.* alata.

301. TABERNÆMONTANA. *Folliculi* 2 pulpoſi. *Cor.* hypocraterif. *Sem.* ſimplicia.

ſeſſili-flora. 71. C. proſtrata, foliis lineari-ſubulatis integris, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 139.

72. C.

fasciculata. 72. C. fructicosa erecta, foliis subunidentatis recurvis, floribus glomeratis terminalibus. *Suppl. p.* 139.

adpressa. 73. C. herbacea erecta, foliis lanceolatis dentatis recurvis basi ciliatis, adpressis, panicula decomposita. *Suppl. p.* 140.

paniculata. 74. C. herbacea, caule paniculato: ramis divaricatis, foliis lanceolatis integris, floribus terminalibus solitariis. *Suppl. p.* 139.

verticillata. 75. C. foliis floribusque verticillatis. *Suppl. p.* 141. *Pall. it.* 3. *p.* 719. *t.* G*.

triphylla. 76. C. foliis ternis linearibus, floribus verticillato-ternis. *Thunb. fl. jap. p.* 87.

tetraphylla. 77. C. foliis quaternis oblongis serratis. *Thunb. fl. jap. p.* 87.

glauca. 78. C. foliis sessilibus ovatis serratis subtus glaucis, caule angulato paniculato, pedunculis unifloris. *Thunb. fl. jap. p.* 88.

marginata. 79. C. foliis lanceolatis undulatis serratis marginatis, ramis debilibus, floribus terminalibus solitariis. *Thunb. fl. jap. p.* 89.

fragilis. 80. C. caulibus procumbentibus: ramis secundis multifloris, foliis radicalibus reniformibus. *Cyrill. pl. rar. Neap.* 1. *t.* XI. *f.* 2.

FORGESIA. *Cor.* profunde 5partita intus furfuracea. *Stigma* 2lobum. *Caps.* semiinfera, 2locularis, polysperma, apice 2valvis, stilo coronata.

racemosa. 1. FORGESIA. *Jussieu gen. plant. p.* 164.

219. ROELLA. *Cor.* infundibuliformis. *Filamenta* basi dilatata in squamas concavas persistentes. *Stigma* 2fidum. *Caps.* 1locularis, apice patena infera.

ciliata. 1. R. foliis strictis ciliatis: mucrone recto. *Seb. mus.* 1. *t.* 16. *f.* 5. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 31. *f.* 3.

reticulata. 2. R. foliis strictis ciliatis: mucrone reflexo. *Pet. mus.* 21. *f.* 157.

squarrosa. 3. R. herbacea diffusa, foliis ovatis recurvatis dentatis, floribus terminalibus aggregatis. *Suppl. p.* 143.

muscosa. 4. R. herbacea diffusa, foliis ovatis dentatis reflexis, floribus terminalibus solitariis. *Suppl. p.* 143.

decurrens. 5. R. herbacea, foliis lanceolatis ciliatis decurrentibus. *Herit. sert. angl. p.* 4. *t.* 6.

spicata. 6. R. fruticosa erecta, foliis lanceolatis integris ciliatis, floribus terminalibus subspicatis. *Suppl. p.* 143.

220. PHYTEUMA. *Cor.* rotata, 5partita: laciniis linearibus. *Stigma* 2-3fidum. *Caps.* infera 2-3-locularis: foramine laterali.

pauciflorum. 1. Ph. capitulo subfolioso, foliis omnibus lanceolatis.

hemisphaericum. 2. Ph. capitulo hemisphærico, bracteis cordato-lanceolatis, foliis lanceolato-linearibus, stigmate trifido. *Thal. fl. herr. t.* 3.

comosum. 3. Ph. fasciculo terminali sessili, foliis dentatis: radicalibus cordatis. *Jacq. fl. austr.* 5. *app. t.* 50. *β. γ. δ.* cordifolium, lanceolatum, ellipticifolium. *Villers pl. Delph.* 2. *p.* 517. *t.* 11.

orbiculare. 4. Ph. capitulo subrotundo: bracteis lanceolato-linearibus maxime ciliatis. *Jacq. fl. austr.* 5. *t.* 437.

Charmelii. 5. Ph. capitulo subgloboso, foliis radicalibus cordatis subdentatis, caulinis linearibus integerrimis. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 516. *t.* 11.

betonicaefolium. 6. Ph. spica oblonga, foliis cordatis oblongis crenatis. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 518. *t.* 12.

scorzonerifolium. 7. Ph. spica oblonga, foliis omnibus oblongis læviter crenatis: supremis linearibus. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 519. *t.* 12.

spicatum. 8. Ph. spica conica, bracteis linearibus longissimis, capsulis bilocularibus. *Flor. dan. t.* 362. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 6.

americanum. 9. Ph. floribus axillaribus, foliis lanceolatis.

pinnatum. 10. Ph. floribus ſparſis, foliis pinnatis.

1006. LOBELIA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 1petala, irregularis, dorſo ſuperne longitudinaliter diviſa. *Antheræ* ſubcoalitæ. *Capſ.* 2–5-locularis, infera.

* *foliis integerrimis.*

ſimplex. 1. L. caule erecto, foliis linearibus, pedunculis ſolitariis. *Mant. p.* 291.

pinifolia. 2. L. fruticoſa, foliis linearibus confertis. *Burm. afr. t.* 41. *f.* 2.

Dortmanna. 3. L. foliis linearibus, bilocularibus, caule ſubnudo. *Flor. dan. t.* 39.

Tupa. 4. L. foliis lanceolatis, racemo ſpicato. *Feuill. per. t.* 29.

Kalmii. 5. L. caule erecto, foliis lanceolato-linearibus obtuſiuſculis alternis, racemo terminali.

paniculata. 6. L. foliis linearibus, panicula dichotoma. *Burm. afr. t.* 38. *f.* 3.

grandis. 7. L. foliis oblongis glabris, corymbis bracteatis, corollis hiſpidis. *Suppl. p.* 394.

cornuta. 8. L. foliis ovatis petiolatis, ſtaminibus longiſſimis.

depreſſa. 9. L. foliis lanceolatis, caule carnoſo proſtrato. *Suppl. p.* 395.

anceps. 10. L. foliis lanceolatis decurrentibus ſubdentatis. *Suppl. p.* 395.

* *foliis inciſis.*

† *caule volubili.*

volubilis. 11. L. *Suppl. p.* 396.

† † *caule erecto.*

arborea. 12. L. caule arboreo, foliis petiolatis ovato-oblongis ſerratis, pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris. *Forſt. fl. auſtr. p.* 58.

acuminata. 13. L. caule ſuffruticoſo, foliis lanceolatis attenuatis ſerrulatis, racemo terminali multifloro. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 95.

ſtricta. 14. L. caule ſuffruticoſo, foliis inferioribus ovato-lanceolatis glabris, margine denticulato-aculeatis, racemo terminali ſpicato. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 117.

ſurinamenſis. 15. L. caule ſuffruticoſo, foliis oblongis glabris ſerratis, floribus axillaribus pedunculatis.

Phyteuma. 16. L. caule ſubnudo ſpicato, foliis ovato-oblongis crenatis, antheris hirſutis diſtinctis.

Columneæ. 17. L. foliis oblongis obtuſis revolutis rugoſiſſimis ſupra lucidis, ſubtus tomentoſo-albis, caule corollisque pulverulentis. *Suppl. p.* 393. *Smith pl. ic. ined.* I. *t.* 22.

bellidiflora. 18. L. caule paniculato, foliis obovatis crenatis. *Suppl. p.* 396.

bulboſa. 19. L. foliis inferioribus pedatis. *Burm. afr. t.* 38. *f.* 1.

triquetra. 20. L. foliis lanceolatis dentatis, racemo terminali aphyllo. *Mant. p.* 120. *β)* Lobelia comoſa. *Spec. pl. p.* 1323.

longiflora. 21. L. foliis lanceolatis dentatis, pedunculis breviſſimis lateralibus, tubo corollæ filiformi longiſſimo. *Mant. p.* 482. *Jacq. h. Vind.* I. *t.* 27.

tomentoſa. 22. L. tomentoſa, foliis linearibus dentatis, pedunculis terminalibus longiſſimis ſubbifloris. *Suppl. p.* 394.

glanduloſa. 48. L. ſubpiloſa, foliis oblongis ſubdentatis, floribus axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus: bracteis duabus glandula terminatis. *Walt. flor. carol. p.* 218.

ſecunda. 23. L. glabra, foliis infimis oblongis dentatis: ſuperioribus lanceolatis integris, pedunculis racemoſis ſecundis. *Suppl. p.* 395.

patula. 24. L. herbacea diffuſa virgata glabra, foliis ovatis dentatis, pedunculis lateralibus. *Suppl. p.* 395.

aſſurgens. 25. L. foliis lanceolatis ſerratis inferne dentatis, racemis compoſitis terminalibus.

Cardinalis. 26. L. foliis lato-lanceolatis ſerratis, racemo terminali ſecundo. *Mill. illuſtr. ic.*

lævigata. 27. L. foliis ellipticis ſerratis glabris, capſulis groſſis globoſis, calicibus ſubulatis, corollis glaberrimis. *Suppl. p.* 392.

ferruginea. 28. L. caule villoſo, foliis lanceolatis ſerratis acutis: anaſtomoſibus venarum utrinque tomentoſo-ferrugineis, genitalibus elongatis. *Suppl. p.* 394.

debilis. 29. L. foliis lanceolatis ferratis glabris, pedunculis lateralibus folio longioribus. *Suppl. p.* 395.

fiphylitica. 30. L. foliis ovato-lanceolatis fubferratis, calicum finubus reflexis. *Mant. p.* 482. *Jungh. pl. offic. ic. t.* 8. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 9.

inflata. * 31. L. foliis ovatis fubferratis pedunculo longioribus, capfulis inflatis. *Act. Upf.* 1741. *t.* 1.

Cliffortiana. 32. L. foliis cordatis lævibus obfolete dentatis petiolatis, corymbo terminali. *Hort. Cliff. t.* 26.

Cyphia. 33. L. herbacea, foliis digitatis: laciniis linearibus pinnatifidis. *Suppl. p.* 396.

urens. 34. L. caule erectiufculo, foliis inferioribus fubrotundis crenatis, fuperioribus lanceolatis ferratis, floribus racemofis. *Mant. p.* 482. *Balliard herb. Franc. t.* 9.

minuta. 35. L. foliis radicalibus ovatis, fcapis capillaribus. *Mant. p.* 292.

††† *caule proftrato.*

angulata. 36. L. caule fimpliciffimo, foliis fubrotundis repando-dentatis, pedunculis axillaribus folitariis unifloris. *Forft. fl. auftr. p.* 58.

Laurentia. 37. L. caule ramofo, foliis lanceolato-ovalibus crenatis, pedunculis folitariis unifloris longiffimis. *Mich. n. pl. gen. t.* 14.

Erinus. 38. L. caule patulo, foliis lanceolatis fubdentatis, pedunculis longiffimis. *Mant. p.* 483. *Herm. par. lugdb. t.* 111.

crinoides. 39. L. caulibus filiformibus, foliis petiolatis oblongis dentatis. *Mant. p.* 291. *Herm. parad. lugdb. t.* 100.

zeylanica. 40. L. foliis ovatis ferratis acutis: inferioribus obtufis, pedunculis unifloris, capfulis fubvillofis. *Seb. muf.* 1. *t.* 22. *f.* 12? *β.)* Lobelia hirta. *Sp. pl.* 1. *p.* 935.

lutea. 41. L. foliis lanceolatis ferratis, floribus feffilibus fubfpicatis. *Mant. p.* 483. *Burm. afr. t.* 39. *f.* 1.

hirfuta. 42. L. foliis ovalibus crenatis lanatis, floribus lateralibus folitariis. *Burm. afr. t.* 40. *f.* 2.

coronopifolia. 43. L. foliis lanceolatis dentatis, pedunculis longiffimis. *Mant. p.* 483. *Burm. afr. t.* 38. *f.* 1.

comofa. 44. L. foliis linearibus dentatis, fpica terminali foliofa.

tenella. 45. L. caulibus filiformibus fruticulosis, foliis ovato-lanceolatis glabris utrinque bidentatis. *Mant. p.* 120. *Herit. sert. angl. p.* 4. *t.* 4. *an distincti generis?*

subulata. 46. L. foliis subulatis petalis linearibus. *Herit. sert. angl. p.* 4. *t.* 5.

pubescens. 47. L. caulibus angulatis foliisque lanceolatis dentatis hirtis, pedunculis axillaribus unifloris. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 498.

fruticosa. 48. L. fruticosa hirsuta, foliis ovatis dentatis, pedunculis lateralibus longissimis subtrifloris. *Suppl. p.* 395.

221. TRACHELIUM. *Cor.* infundibuliformis, tubo gracili. *Stigma* globosum. *Caps.* 3locularis, infera, basi foraminibus dehiscens.

diffusum. 1. Tr. ramosissimum diffusum, ramis divaricatis. *Suppl. p.* 143.

cæruleum. 2. Tr. ramosum erectum, foliis ovatis serratis planis. *Suppl. p.* 143. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 31. *f.* 4.

tenuifolium. 4. Tr. erectiusculum, foliis linearibus ciliatis hispidis. *Suppl. p.* 143.

222. SAMOLUS. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* munita squamulis corollæ. *Caps.* 1locularis, infera, apice 5valvis.

Valerandi. 1. Samolus. *Flor. dan. t.* 198. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 1.

223. NAUCLEA. *Cor.* tubo filiformi. *Caps.* infera, calice corticata, 2cocca, 2locularis polysperma.

orientalis. 1. Nauclea. *Rheed. h. malab.* 3. *t.* 33. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 8.

124. RONDELETIA. *Cor.* infundibuliformis. *Capſ.* 2locularis, infera, ſæpe polyſperma, ſubrotunda, coronata.

americana. 1. R. foliis ſeſſilibus, panicula dichotoma. *Plum. ic.* 142. *f.* 1.

hirta. 2. R. foliis ellipticis acuminatis hirtis nervoſis ſubtus piloſis rigidis, pedunculis axillaribus tripartitis erectis, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 41.

hirſuta. 3. R. foliis ovatis acutis floribuſque hirſutis, pedunculis axillaribus trichotomis laxis, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 41.

tomentoſa. 4. R. foliis ovatis acuminatis tomentoſis, pedunculis tripartitis axillaribus brevibus, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts n. pl. gen. & ſp. p.* 41.

incana. 5. R. foliis ovato-lanceolatis ſubtus incanis ſcabris, pedunculis axillaribus ſimplicibus trifloris, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 41.

umbellulata. 6. R. foliis lanceolato-ovatis ſubhirſutis, pedunculis axillaribus ſolitariis apice trichotomis, floribus confertis, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 41.

thyrſoidea. 7. R. foliis oblongis membranaceis ſubtus pubeſcentibus, thyrſis lateralibus, ſeminibus ſubſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 41.

aſiatica. 8. R. foliis petiolatis oblongis acutis. *Rheed. h. malab.* 2. *t.* 23.

piloſa. 9. R. foliis petiolatis ovatis utrinque piloſis, pedunculis axillaribus, foliis brevioribus trifidis, floribus tetrandris. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 41.

biflora. 10. R. foliis petiolatis ovatis hirſutis, pedunculis bifloris, caule filiformi repente. *Fr. Rottb. act. litt. un. Havn.* 1. *p.* 276. *t.* 2. *f.* 2.

obovata. 11. R. foliis petiolatis ſubovatis obtuſis. *Jacq. ſtirp. am. pict. t.* 61.

virgata. 12. R. foliis petiolatis cordatis ſubrotundis, ramis lateralibus filiformibus patentibus floriferis apice trifidis, floribus confertis tetrandris. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 41.

diſperma. 13. R. foliis petiolatis ovalibus obtuſis. *Jacq. ſtirp. amer. ed.* 2. *t.* 259. *f.* 18.

trifoliata. 14. R. foliis ternis. *Jacq. ſtirp. am. pict. t.* 62.

225. MACROCNEMUM. *Cor.* campanulata. *Caps.* infera, 2locularis. *Sem.* imbricata.

jamaicense. 1. MACROCNEMUM.

226. BELLONIA. *Cor.* rotata. *Caps.* 1locularis, infera, polysperma, calice rostrata.

aspera. 1. B. foliis ovatis serratis, floribus corymbosis terminalibus. *Plum. ic.* 47.

spinosa. 2. B. spinosa, foliis ovato-angulatis dentato-serratis, pedunculis axillaribus unifloris. *Swarts n. pl. gen. & sp. p.* 42.

227. PORTLANDIA. *Cor.* clavato-infundibuliformis. *Antheræ* 4-6longitudinales. *Caps.* 5gona, 2valvis retusa, 2locularis, polysperma, coronata calice 5phyllo.

tetrandra. 1. P. floribus tetrandris, stipulis latis, foliis oblongis obtusis. *Suppl. p.* 143.

grandiflora. 2. P. floribus pentandris, foliis ovatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 64.

coccinea. 3. P. floribus pentandris, foliis ellipticis coriaceis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 42.

hexandra. 4. P. floribus hexandris. *Mant. p.* 45. *Jacq. stirp. am. pict. t.* 65.

SWARTSIA. *Cor.* infundibuliformis, maxima. *Cal.* rumpens. *Stam.* inclinata. *Bacca* 4locularis, polysperma, fusca.

grandiflora. 1. SWARTSIA. *Swarts nov. act. Stockh.* 1787. 4. *p.* 300. *t.* 11. Solandra.

1294. SCÆVOLA. *Cor.* 1petala : tubo longitudinaliter fisso ; limbo 5fido laterali. *Drupa* baccata, infera, 2locularis. *Semina* solitaria.

Lobelia. 1. SCÆVOLA. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 199. *Spec. pl. p.* 1317. Lobelia Plumieri. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 5.

228. CINCHONA. *Cor.* infundibuliformis apice lanata. *Caps.* infera, 2locularis, 2partibilis. *Semina* bracteata, sursum imbricata.

officinalis. 1. C. foliis ellipticis subtus pubescentibus, floribus paniculatis : corollæ limbo lanato. *Suppl. p.* 144. *Commerc. litter. noric.* 1744. *t.* 1. *f.* 3. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 4.

floribunda. 2. C. foliis ellipticis acuminatis glabris, floribus paniculatis glabris, capsulis turbinatis lævibus. *Davidson act. angl.* 74. *p.* 2.

brachycarpus. 3. C. foliis ellipticis obtusis glabris, floribus paniculatis glabris, capsulis ovatis costatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 42.

corymbifera. 4. C. foliis oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus. *Suppl. p.* 144.

angustifolia. 5. C. foliis lineari-lanceolatis pubescentibus, floribus paniculatis glabris, capsulis oblongis pentagonis. *Swarts nov. act. Stockh.* 1787. 2. *p.* 117. *t.* 3.

caribæa. 6. C. pedunculis unifloris, floribus pentandris. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 63. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 33. *f.* 4.

spinosa. 7. C. pedunculis unifloris, floribus tetrandris. *Vavasseur journ. de phys.* 1790. *Oct. p.* 243. *t.* 2.

montana. 8. C. foliis ovatis utrinque glabris, stipulis basi connato-vaginantibus, corymbo terminali, corollis glabris. *Badier. journ. de phys.* 1789. *Febr. p.* 129. *t.* 1.

KYRTANTHUS. *Cor.* tubo longiſſimo recurvo ore pilis cincto. *Bacca* ovata. infera, 1locularis. *Sem.* angulata, circiter 12.

longiflorus. 1. KYRTANTHUS. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 133. *t.* 51.

WILLDENOVIA. *Cor.* hypocrateriformis, coriacea: tubi ore annulo crenulato. *Bacca* infera, 2locularis, polyſperma.

Schreberi. 1. WILLDENOVIA. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 122.

BERTIERA. *Cor.* tubo brevi: ore villoſo. *Bacca* globoſa, infera, 2locularis polyſperma.

guianenſis. 1. BERTIERA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 180. *t.* 69.

229. PSYCHOTRIA. *Cal.* 5dentatus, coronans. *Cor.* tubuloſa. *Bacca* infera per maturitatem exſucca, coriacea, 2partibilis, 2locularis. *Semina* ſolitaria, ſulcata.

* *caule arboreo.*

ſpecioſa. 1. Pſ. foliis oblongo-lanceolatis, involucro terminali ſubtrifloro. *Forſt. fl. auſtr. p.* 16. *n.* 89.

** *caule fruticoſo.*

corymboſa. 2. Pſ. foliis ovato-lanceolatis conſiſtentibus nitidis, ſtipulis geminis erectis, pedunculis coloratis, floribus erectis cylindricis corymboſis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 44.

pedunculata. 3. Pſ. foliis ovato-lanceolatis rugoſis, ſtipulis bidentatis, floribus cymoſis, pedunculis elongatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 44.

pubeſcens. 4. Pſ. foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis geminis ſubulatis, paniculis erectis, corollis cylindricis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 44.*

laurifolia. 4. Pſ. foliis ovato-lanceolatis craſſiuſculis glabris, ſtipulis ovatis, acuminatis deciduis, paniculis erectis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 43.*

hirſuta. 6. Pſ. foliis ovato-lanceolatis hirſutis, ſtipulis lanceolatis integris deciduis, caule hirſutiſſimo, panicula patente. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 42.*

nutans. 7. Pſ. foliis lanceolatis acutis nervoſis, ſtipulis geminis ſubulatis, floribus cymoſis, baccis nutantibus. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 43.*

marginata. 8. Pſ. foliis lanceolato-ovatis, margine cartilagineo-ſetoſis ſtipulis integris acuminatis, paniculis laxis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 43.*

fœtens. 9. Pſ. foliis lanceolato-ovatis glabris, ſtipulis acuminatis integris deciduis, panicula patentiſſima, pedunculis reflexis filiformibus. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 43.*

aſiatica. 10. Pſ. foliis lanceolato-ovatis, ſtipulis emarginatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t. 260. f. 19. Gaertn. de fr. & ſem. cent. 2. t. 25. f. 6.*

Myrtiphyllum. 11. Pſ. exſtipulata, foliis lanceolato-ovatis integris nitidis rigidis, ramis ſecundis, floribus paniculatis. *Sloan. hiſt. jam. 2. t. 209. f. 2.*

horizontalis. 12. Pſ. foliis lanceolato-ovatis acutis ramiſque horizontalibus, ſtipulis ovatis, ramis paniculatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 44.*

crocea. 13. Pſ. foliis ovatis nervoſis, ſtipulis geminis ſubulatis, panicula erecta terminali crocea, pedunculis coloratis. *Brown jam. p. 160. t. 13. f. 2. 1.*

nervoſa. 14. Pſ. foliis ovatis acuminatis nervoſis ſubundulatis, ſtipulis ovatis emarginatis deciduis, paniculis erectis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 43. an diſtincta ſatis ab aſiatica?*

glabrata. 15. Pſ. foliis ovatis glaberrimis nitidis, ſtipulis indiviſis deciduis, floribus paniculatis erectis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 43.*

citrifolia. 16. Pſ. foliis ellipticis acuminatis glaberrimis ſubcoriaceis, ſtipulis ovatis perſiſtentibus, panicula foliis breviore, baccis oblongis coſtatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 43.*

parasitica. 17. Ps. foliis ellipticis coriaceo-subsucculentis, stipulis amplexicaulibus integris, cymis pedunculatis trichotomis, foliorum longitudine. *Jacq. stirp. amer. t. 51. f. 1.*

tenuifolia. 18. Ps. foliis oblongis acutis tenuioribus glabris, stipulis ovatis deciduis apice bifidis, paniculis erectis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 43.*

alpina. 19. Ps. foliis membranaceis multinerviis, stipulis truncatis bidentatis, panicula erecta, corollis cylindricis elongatis diaphanis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 44.*

brachiata. 20. Ps. stipulis ovatis bifidis, racemis brachiatis, floribus terminalibus aggregatis sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 45.*

Pavetta. 21. Ps. stipulis subulatis deciduis, ramis paniculæ brachiatis trichotomis, corollis tubo longiori: laciniis patentibus. *Sloan. hist. jam. 2. t. 189. f. 4.*

grandis. 22. Ps. caule angulato suffrutescente, foliis cuneiformibus obovatis, stipulis triangularibus revolutis apice convolutis subulatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 43.*

*** *caule herbaceo.*

uliginosa. 23. Ps. caule subherbaceo erecto, foliis lanceolato-ovatis, stipulis connatis acutis convexis, seminibus compressis cristatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 43.*

violacea. 24. Ps. repens, ramis radicantibus, foliis cordatis petiolatis, cymis terminalibus. *Aubl. pl. guj. 1. p. 145. t. 55.*

serpens. 25. Ps. caule subherbaceo repente, foliis ovatis utrinque acutis. *Mant. p. 204.*

herbacea. 26. Ps. caule repente, foliis cordatis petiolatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t. 67.*

emetisca. 27. Ps. procumbens, foliis lanceolatis glabris, stipulis extrafoliaceis subulatis, capitulis axillaribus pedunculatis paucifloris. *Suppl. p. 144. an ex hac ipecacuanha?*

230. COFFEA. *Cor.* infundibuliformis. *Stamina* ſupra tubum. *Bacca* infera, 1-2locularis. *Sem.* arillata; ſolitaria, rima ad alterum latus exciſa.

arabica. 1. C. foliis oblongo-ovatis, floribus quinquefidis, baccis diſpermis. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 3. *Regn. bot. t.* 303.

occidentalis. 2. C. foliis oblongo-ovatis, floribus quadrifidis, baccis monoſpermis. *Jacq. ſtirp. am. pict. t.* 68.

odorata. 3. C. foliis ovatis acutis, cymis corymboſis axillaribus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 16.

opulina. 4. C. foliis ovato-lanceolatis, cymis coarctatis globoſis terminalibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 16.

triflora. 5. C. foliis-ovato lanceolatis acuminatis, pedunculis terminalibus ternis unifloris. *Forſt. fl. auſtr. p.* 16.

guianenſis. 6. C. foliis ovato-oblongis acutis, floribus quadrifidis faſciculatis ſeſſilibus axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 150. *t.* 57.

paniculata. 7. C. foliis ovato-oblongis acutis, floribus quadrifidis paniculatis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 152. *t.* 58.

ſambucina. 8. C. foliis oblongo-lanceolatis acutis, cymis corymboſis terminalibus. *Forſt. fl. auſtr. p.* 16.

RONABEA. *Cor.* 5fida: tubo longo ad faucem ventricoſo. *Antheræ* intra faucem reconditæ. *Stigma* 2lamellatum. *Bacca* 1locularis, 2pyrena: oſſiculis 1ſpermis.

latifolia. 1. RONABEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 154. *t.* 59. β.) Ronabea erecta. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 156.

231. CHIOCOCCA. *Cor.* infundibuliformis, regularis. *Bacca* compressa 2locularis, infera. *Sem.* solitaria, pendula.

paniculata. 1. Ch. erecta, foliis ovatis, floribus terminalibus paniculatis, dentibus stipularibus binis. *Suppl. p.* 145.

barbata. 2. Ch. erecta, foliis ovatis, pedunculis axillaribus unifloris, corollis fauce barbatis. *Forst. fl. austr. p.* 16.

racemosa. 3. Ch. scandens, foliis lato-lanceolatis, floribus lateralibus paniculato-racemosis, dente stipulari unica. *Suppl. p.* 145. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 69. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 26. *f.* 3.

232. HAMELLIA. *Cor.* 4fida. *Bacca* 5locularis, infera, polysperma.

patens. 1. H. racemis terminalibus coloratis, foliis ternatis villoso-pubescentibus. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 72.

ventricosa. 2. H. racemis terminalibus axillaribusque, corollis campanulatis ventricosis, foliis ternatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 46. *Herit. sert. angl. t.* 7?

chrysantha. 3. H. racemis terminalibus, foliis lanceolatis integerrimis glaberrimis, floribus pedicellatis. *Brown jam. t.* 14. *f.* 1.

grandiflora. 4. H. floribus terminalibus pedunculatis, foliis lanceolatis integerrimis petiolatis. *Herit. sert. angl. t.* 7.

axillaris. 5. H. subherbacea, racemis axillaribus, floribus subsecundis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 46.

PATIMA. *Cal.* subquinquesinuatus. *Cor.* --- *Bacca* subrotunda 4-6locularis, polysperma.

guianensis. 1. PATIMA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 197. *t.* 77.

VANGUERIA. *Cal.* 5dentatus, patens. *Cor.* campanulato-globofa 5fida intus hirta. *Antheræ* vix exfertæ. *Bacca* umbilicata, 5locularis, 5sperma.

madagascariensis. 1. VANGUERIA. *Juffieu gen. plant. p.* 206.

SABICEA. *Involucr.* 5fidum. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* 5partitum. *Bacca* 5locularis, polyfperma.

hirta. 1. S. foliis ovato-lanceolatis acutis hirfutis, floribus pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 46.

cinerea. 2. S. foliis ellipticis acutis tomentofis fubtus incanis, floribus fubfeffilibus. *Aublet pl. guj. p.* 192. *t.* 75.

afpera. 3. S. foliis ovatis acutis afperis, fubtus villofis, caule volubili. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 194. *t.* 76.

ORIBASIA. *Cor.* 1petala, tubulofa. *Bacca* infera, globofa, 10fulcata, 5locularis: loculis 1fpermis.

officinalis. 1. O. calicibus involucratis: involucro trifido, foliis ovatis acuminatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 183. *t.* 70. *f.* 1.

racemofa. 2. O. calicibus involucratis: involucro tetraphyllo, foliis ovatis acuminatis petiolatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 186. *t.* 72.

violacea. 3. O. calicibus involucratis: involucro tetraphyllo, foliis amplis ovatis fubfeffilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 188. *t.* 73.

lutea. 4. O. calicibus nudis corollæ tubo longiffimo, floribus racemofis, foliis ovatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 190. *t.* 74.

paniculata. 5. O. calicibus nudis floribus paniculatis: intermedio feffili. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 184. *t.* 70. *f.* 2.

longiflora. 6. O. calicibus nudis, corollæ tubo longo, foliis lanceolatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 185. *t.* 71.

STEPHANIUM. *Cor.* infundibuliformis : tubo incurvo ſuperne ventricoſo. *Pericarp.* 2loculare, 2ſpermum.

guianenſe. 1. STEPHANIUM. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 172. *t.* 66.

233. LONICERA. *Cor.* 1petala, tubuloſa, irregularis. *Bacca* polyſperma 1-3locularis, infera.

* *caule volubili*, Periclymena.

Caprifolium. 1. L. floribus verticillatis terminalibus ringentibus ſeſſilibus, foliis deciduis : ſummis connato-perfoliatis. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 357.

ſempervirens. 2. L. verticillis aphyllis terminalibus, foliis ſummis connato-perfoliatis, corollis ſubæqualibus. *Knorr del. hort.* 1. *t.* G. 4.

media. 3. L. capitulis verticillatis aphyllis terminalibus, corolla brevi ; gibbo baſeos didymo, foliis ſummis connato-perfoliatis. *Murray Comment. goett.* 1776. *p.* 28. *t.* 3. *an eadem cum dioica ?*

dioica. 4. L. verticillis aphyllis terminalibus, foliis deciduis omnibus connato-perfoliatis.

grata. 5. L. floribus verticillatis terminalibus ringentibus, foliis perennibus obovatis, ſummis connato-ſubperfoliatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 231.

implexa. 6. L. floribus verticillatis terminalibus ringentibus, foliis perennantibus oblongis: ſuperioribus connato-perfoliatis, ſummis dilatatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 231.

Periclymenum. 7. L. capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis deciduis omnibus diſtinctis, corollis ringentibus. *Curt. flor. Lond.* *t.* 1.

japonica. 8. L. floribus binis terminalibus ſeſſilibus, foliis omnibus diſtinctis. *Thunb. fl. jap. p.* 89.

** *pedunculis bifloris*, Chamæceraſa.

nigra. 9. L. baccis diſtinctis, foliis ellipticis integerrimis. *Jacq. fl. auſtr.* *t.* 314.

10. L.

tatarica. 10. L. baccis distinctis, foliis cordatis obtusis. *Jacq. pl. rar. ic. t. 46. Pall. flor. ross. t. 36.*

Xylosteum. 11. L. baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus. *Flor. dan. t. 808. Gaertn. de fr. & sem. cent. 2. t. 27. f. 6.*

Pyrenaica. 12. L. baccis distinctis, foliis oblongis glabris. *Du Ham. arbr. 2. t. 110.*

alpigena. 13. L. baccis coadunatis didymis, foliis ovali-lanceolatis. *Jacq. fl. austr. 3. t. 274. Gaertn. de fr. & sem. cent. 2. t. 27. f. 6.*

caucasica. 14. L. baccis coadunato-didymis, foliis ovato-lanceolatis integerrimis. *Pallas flor. ross. 1. p. 57.*

cærulea. 15. L. baccis coadunatis globosis, stilis indivisis. *Jacq. fl. austr. 5. app. t. 17. Pallas fl. ross. t. 37.*

*** *pedunculis multifloris, caule erecto.*

Symphoricarpos. 16. L. capitulis lateralibus pedunculatis, foliis petiolatis. *Du Hamel arb. 2. t. 82.*

bubalina. 17. L. capitulis terminalibus pedunculatis, foliis oblongis integerrimis glabris. *Suppl. p. 146.*

Diervilla. 18. L. racemis terminalibus, foliis serratis. *Du Hamel arb. 1. t. 87.*

mongolica. 19. L. racemis terminalibus compositis laxis umbellatis, foliis serratis. *Gmel. fl. sib. 3. p. 135. t. 25. Pall. flor. ross. t. 38.*

corymbosa. 20. L. corymbis terminalibus, foliis ovatis acutis. *Feuill. peruv. 1. t. 45.*

234. TRIOSTEUM. *Cor.* 1petala, subæqualis. *Cal.* longitudine corollæ. *Bacca* 1locularis: 3sperma, infera.

perfoliatum. 1. Tr. floribus verticillatis sessilibus. *Dill. h. Elth. t. 293. f. 378.*

angustifolium. 2. Tr. floribus oppositis pedunculatis. *Pluckn. alm. t. 104. f. 2.*

BÆOBOTRYS. *Cor.* tubulosa: limbo 5fido. *Cal.* duplex; exterior 2phyllus, interior 1phyllus campanulatus. *Bacca* globosa, 1locularis, calici adnata, polysperma.

nemoralis. 1. BÆOBOTRYS. *Forst. char. gen. p.* 11. *t.* 11. *an Mæsæ jungenda?*

CHIMARRHIS. *Cor.* infundibuliformis: tubo brevissimo. *Caps.* infera, obtusa, 2locularis, 2sperma, 2valvis: valvis apice 2fidis.

cymosa. 1. CHIMARRHIS. *Jacq. stirp. amer. p.* 61.

CYPHIUM. *Cor.* 5petala supera: petalis linearibus: *Cal.* 5fidus. *Filam.* pilosa. *Stigma* cernuum, gibbum.

capense. 1. CYPHIUM. *Berg. flor. cap. p.* 172.

DENTELLA. *Cor.* tubulosa 5fida: laciniis 3dentatis. *Cal.* 5partitus. *Stigm.* 2. *Caps.* globosa, infera, 2locularis, polysperma.

repens. 1. DENTELLA. *Forst. char. gen. p.* 13. *t.* 13.

UNCARIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Germen* glandula coronatum. *Stigma* 2fulcum. *Pericarp.* 2loculare, polyspermum.

guianensis. 1. UNCARIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 177. *t.* 68.

SIMIRA. *Cor.* 1petala, tubulosa, 5fida. *Cal.* turbinatus, 5dentatus. *Stil.* 2partitus. *Bacca* infera, ovata, 2locularis: loculis 1spermis.

tinctoria. 1. SIMIRA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 170. *t.* 65.

MAPURIA. *Cor.* 5fida: tubo brevi. *Cal.* turbinatus 5dentatus. *Stigma* 2lamellatum. *Pericarpium.*

guianensis. 1. MAPURIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 175. *t.* 67.

235. MORINDA. *Flores aggregati* 1petali. *Stigma* 2fidum. *Drupæ* aggregatæ, inferæ, angulatæ, 4loculares.

umbellata. 1. M. erecta, foliis lanceolato-ovatis, pedunculis confertis. *Rumpf amb.* 3. *t.* 98. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 29. *f.* 1.

citrifolia. 2. M. arborea, pedunculis solitariis. *Rumpf amb.* 2. *t.* 99. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 29. *f.* 1.

muscosa. 4. M. arborea, capitulis terminalibus sessilibus. *Jacq. stirp. amer. ed.* 2. *t.* 66.

Royoc. 5. M. procumbens. *Jacq. h. Vindob.* 1. *t.* 16.

CALLICOCCA. *Flores* aggregati: *involucro* subtetraphyllo, receptaculo paleaceo. *Bacca* 1locularis angulata, 2sperma. *Stil.* 2fidus.

tomentosa. 1. C. caule erecto, foliis petiolatis ovatis, capitulis terminalibus: involucro monophyllo amplo villoso patulo. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 160. *t.* 61.

purpurea. 2. C. caule repente, foliis lanceolatis subtus hirsutis, capitulis terminalibus: involucro pentaphyllo. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 162. *t.* 62. *f.* 3.

alba. 3. C. caule decumbente, foliis ovatis subtus incanis, capitulis terminalibus: involucro pentaphyllo. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 164. *t.* 62. *f.* 4.

glabra. 4. C. caule erecto, foliis ovatis glabris petiolatis, capitulis terminalibus pedunculatis. *Aubl. pl. guj.* 1. p. 165. t. 63.

guianensis. 5. C. caule adscendente, capitulis terminalibus pedunculatis: involucro tetraphyllo. *Aubl. pl. guj.* 1. p. 167. t. 64. *An Eveæ, & Cephælidis potissimum genus cum hoc genere conjungendum?*

CEPHÆLIS. *Flores* capitati, involucrati tubulosi. *Stigma* 2partitum. *Bacca* 2sperma. *Receptac.* paleaceum.

violacea. 1. C. capitulis globosis terminalibus, involucro pentaphyllo. *Aublet pl. guj. p.* 157. *t.* 60. Tapogomea violacea.

alata. 2. C. capitulis globosis terminalibus; involucro diphyllo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 45.

muscosa. 3. C. capitulis subrotundis subsessilibus terminalibus, paleis dentatis. *Jacq. stirp. am. p.* 65. *t.* 45.

axillaris. 4. C. capitulis axillaribus sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 45.

CANEPHORA. *Perianth. com.* 3-6florum, subquinquefidum. *Cal.* propr. 5-fidus. *Cor.* campanulata, 5loba. *Antheræ* 5-6sessiles. *Stigm.* 2fidum. *Fruct.* 2spermus.

madagascariensis. 1. Canephora. *Jussieu gen. pl. p.* 208.

236. CONOCARPUS. *Flores* (plerisque) aggregati. *Cor.* 5petala aut 0. *Cal.* campanulatus. *Semina* nuda, solitaria, infera.

erecta. 1. C. erecta, foliis lanceolatis, floribus apetalis. *Jacq. stirp. am. pict. t.* 78.

procumbens. 2. C. procumbens, foliis obovatis, floribus apetalis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 260. *f.* 22.

racemosa. 3. C. foliis lanceolato-ovatis obtusiusculis, floribus pentapetalis remotis decandris. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 79.

1005. JASIONE. *Cal. communis* 10phyllus, *proprius* 5dentatus. *Cor.* 5petala, regularis. *Antheræ* cohærentes. *Capsula* infera, 2locularis, polysperma, calice coronata, apice pervia.

montana. 1. J. foliis linearibus integerrimis. *Flor. dan. t.* 319. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 5.

β) perennis. *Suppl. p.* 392.

capensis. 2. J. foliis lineari-lanceolatis serratis: serraturis spinosis. *Bergius nov. act. Ups.* 3. *p.* 187. *t.* 10.

LIGNONIA. *Cal.* 5dentatus: *Cor.* 5petala: petalo unico majori emarginato. *Anther.* cohærentes. *Stigma* 2lobum. *Pericarp.* 2loculare.

monodynama. 1. LIGNONIA. *Scopol. introd. gen.* 1334.

1002. STRUMPFIA. *Cal.* 5dentatus, superus. *Cor.* 5petala. *Antheræ* cohærentes. *Bacca* 1sperma.

maritima. 1. STRUMPFIA. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 189. *f.* 1. 2.

1004. CORYMBIUM. *Cal.* prismaticus, 2phyllus, 1florus. *Cor.* 1petala, regularis. *Antheræ* cohærentes. *Sem.* 1 infra corollul. lanatum.

scabrum. 1. C. foliis lanceolatis canaliculatis nervosis recurvatis glabris caule brevioribus. *Mant. p.* 120. *Suppl. p.* 392. *Burm. afr. t.* 70. *f.* 1.

glabrum. 2. C. glaberrimum, foliis ensiformibus planis nervosis. *Suppl. p.* 392. *Pluckn. alm. t.* 272. *f.* 4.

filiforme. 3. C. foliis filiformibus glaberrimis erectis caule brevioribus. *Suppl. p.* 392.

villosum. 4. C. villoso-lanatum, foliis caulinis amplexicaulibus subulatis rectis planis. *Suppl. p.* 392.

1003. SERIPHIUM. *Cal.* imbricatus. *Cor.* 1petala, regularis. *Antheræ* cohærentes. *Sem.* 1. oblongum, infra corollam.

cinereum. 1. S. floribus verticillato-spicatis unifloris, foliis patentibus. *Mant. p.* 481. *Pluckn. mant. t.* 297. *f.* 1.

plumosum. 2. S. floribus spicatis sexfloris, foliis granulato-ovatis. *Mant. p.* 481. *Petiv. gaz. t.* 5. *f.* 4.

fuscum. 3. S. floribus capitatis unifloris, foliis imbricatis. *Mant. p.* 481. *Petiv. gaz. t.* 5. *f.* 2.

ambiguum. 4. S. floribus spicatis trifloris, foliis linearibus. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 543. Artemisia? ambigua.

1057. AMBROSIA. *Flores* compositi, monoici.

♂. *Cal.* *communis* 1phyllus. *Cor.* 1petala, 3fida, infundibuliformis. *Receptac.* nudum.

♀. *Cal.* 1phyllus, 1florus, integer, ventre 5dentato. *Cor.* o. *Nux* e calice indurato, 1sperma.

trifida. 1. A. foliis trilobis serratis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 1. *f.* 4.

elatior. 2. A. foliis bipinnatifidis, racemis paniculatis terminalibus glabris.

artemisifolia. 3. A. foliis bipinnatifidis: primoribus ramulorum integerrimis. *Pluckn. alm. t.* 10. *f.* 5.

maritima. 4. A. foliis multifidis, spicis solitariis pilosis subsessilibus. *Kniph. bot. orig. cent.* 2. *n.* 3.

simplicifolia. 5. A. foliis simplicibus lanceolatis, floribus axillaribus subsolitariis. *Walt. flor. carol. p.* 231.

1237. KUHNIA. *Flores* compositi flosculosi. *Sem.* solitaria: pappo plumoso. *Receptac.* nudum.

eupatorioides. 1. K. foliis simplicibus. *Linn. fil. dec.* 21. *t.* 11.

pinnata. 2. K. foliis pinnatis. *Walt. flor. carol. p.* 103.

1058. PARTHENIUM. *Flores* compositi, monoici. *Cal. commun.* 5phyllus.
♂. *Cor.* disci 1petalæ. *Antheræ* approximatæ.
♀. *Cor.* radii 5, singulæ 2 masculæ, intermedia feminea supera. *Sem.* nudum.

Hysterophorus. 1. P. foliis composito multifidis. *Nils. act. paris.* 1711. *t.* 13. *f.* 2.

integrifolium. 2. P. foliis ovatis crenatis. *Mill. illustr. ic.*

1329. CLIBADIUM. *Flores* compositi, monoici. *Cal. communis* imbricatus.
♂. *Cor.* disci 5fidæ. *Antheræ* approximatæ.
♀. *Cor.* radii feminei 3-4. *Sem.* Drupa umbilicata.

surinamense. 1. CLIBADIUM. *Mant. p.* 294.

SCHOEPFIA. *Cor.* campanulata : basi 10sulcata; limbo 5fido. *Cal.* turbinato-angulatus 5dentatus. *Stigma* capitatum, 3fidum. *Bacca* 3locularis.

Schreberi. 1. SCHOEPFIA. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 129.

238. ERITHALIS. *Cor.* 5partita : laciniis recurvis. *Cal.* urceolatus. *Bacca* infera, 10sperma.

fruticosa. 1. E. corymbis compositis. *Jacq. stirp. am. pict. t.* 260. *f.* 20. *Plum. ic. t.* 249. *f.* 2.

polygama. 2. E. floribus axillaribus : masculis cymosis, hermaphroditis solitariis. *Forst. fl. austr. p.* 17.

inodora. 3. E. fruticosa procumbens. *Jacq. stirp. amer. p.* 72.

239. MENAIS. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* 3phyllus. *Bacca* 4locularis. *Sem.* solitaria.

topiaria. 1. MENAIS.

241. MUSSAENDA. *Cor.* infundibuliformis. *Stigm.* 2. crassiuscula. *Bacca* 2-locularis, oblonga infera. *Sem.* 4fariam disposita.

frondosa. 1. M. panicula foliis coloratis. *Mant. p.* 338. *Burm. zeyl. t.* 79. *an cum spinosa Gardeniæ generi inserenda?*

spinosa. 2. M. spinosa, floribus sessilibus aggregatis. *Mant. p.* 45. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 71.

1231. MATTHIOLA. *Cor.* tubulosa, supera, indivisa. *Cal.* integer. *Drupa* nucleo globoso.

scabra. 1. MATTHIOLA. *Plum. ic.* 173. *f.* 2.

242. MIRABILIS. *Cor.* infundibuliformis, ſupera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globoſum, germen includens.

dichotoma. 1. M. floribus ſolitariis axillaribus erectis ſeſſilibus. *Mant. cent.* 1. *t.* 1.

Jalapa. 2. M. floribus congeſtis terminalibus erectis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* 3. *Regn. bot. t.* 47.

longiflora. 3. M. floribus congeſtis longiſſimis ſubnutantibus terminalibus, foliis ſubvilloſis. *Act. Stockh.* 1756. *t.* 6. *f.* 1.

243. CORIS. *Cor.* 1petala, irregularis. *Cal.* ſpinoſus. *Capſ.* 5valvis ſupera.

monſpelienſis. 1. CORIS. *Kniph. bot. orig. cent.* 9. *n.* 27.

GENIOSTOMA. *Cor.* 5partita: fauce barbata. *Cal.* 5fidus, perſiſtens. *Stigma* ſulcatum. *Capſ.?* ſupera, 2locularis, polyſperma.

rupeſtre. GENIOSTOMA. *Forſt. char. gen. p.* 12. *t.* 12.

1229. BROSSÆA. *Cor.* truncata. *Cal.* carnoſus. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

coccinea. 1. BROSSÆA. *Plum. ic.* 64. *f.* 2.

245. VERBASCUM. *Cor.* rotata, ſubæqualis. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, polyſperma.

Thapſus. 1. V. foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici, ſtigmate globoſo. *Flor. dan. t.* 361.

bicolle. 2. V. foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici, ſtigmate didymo. *Schranck baierſch. Flor.* 1. *p.* 465.

thapſoides. 3. V. foliis decurrentibus, caule ramoſo. *An vere diſtinctum a thapſo?*

Boerhaavii. 4. V. foliis sublyratis, floribus sessilibus. *Mant. p. 45. Till. h. pis. t. 50?*

phlomoides. 5. V. foliis ovatis utrinque tomentosis: inferioribus petiolatis. *Moench. fl. hass. t. 4.*

pulverulentum. 6. V. caule ramoso, calicibus farinosis fasciculatis, corollis luteis. *Vill. pl. delph. 2. p. 490.*

Lychnitis. 7. V. foliis cuneiformi-oblongis. *Flor. dan. t. 586.*

Chaixi. 8. V. caule ramoso, foliis nudis cordatis petiolatis basi lyratis. *Vill. pl. delph. 2. p. 491. t. 13.*

nigrum. 9. V. foliis cordato-oblongis petiolatis. *Zorn pl. med. it. 1. t. 25.*

hæmorrhoidale. 10. V. foliis tomentosis ovato-oblongis basi attenuatis obsolete crenulatis, racemis spiciformibus elongatis. *Ait. hort. Kew. 1. p. 236.*

ferrugineum. 11. V. foliis subvillosis rugosis: caulinis æqualiter; radicalibus duplicato-crenatis oblongis cordatis. *Ait. hort. Kew. 1. p. 237.*

phœniceum. 12. V. foliis ovatis nudis crenatis radicalibus, caule subnudo racemoso. *Jacq. fl. austr. 2. t. 125. Gaertn. de fr. & sem. cent. 4. t. 55. f. 8.*

Blattaria. 13. V. foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis solitariis. *Sabb. h. rom. 2. t. 56.*

sinuatum. 14. V. foliis radicalibus pinnatifido-repandis tomentosis: caulinis amplexicaulibus nudiusculis, rameis primis oppositis. *Tournef. it. 1. p. 335. ic.*

Osbeckii. 15. V. foliis incisis nudis caule folioso, pedunculis bifloris, calicibus lanatis. *Tournef. it. 2. p. 83. ic.*

spinosum. 16. V. caule folioso spinoso frutescente. *Pr. Alp. exot. t. 36.*

Myconi. 17. foliis lanatis radicalibus, scapo nudo. *Trew Ehret. t. 57.*

246. DATURA. *Cor.* infundibuliformis, plicata. *Calix* tubulosus, angulosus, cum corolla deciduus. *Caps.* 4valvis.

* *pericarpiis spinosis.*

ferox. 1. D. pericarpiis erectis ovatis: spinis summis maximis convergentibus. *Moris. hist. pl. 3. t. 2. f. 4.*

Stramonium. 2. D. pericarpiis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. *Flor. dan. t.* 436.

Tatula. 3. D. pericarpiis erectis ovatis, foliis cordatis glabris dentatis.

Metel. 4. D. pericarpiis nutantibus globoſis, foliis cordatis ſubintegris pubeſcentibus. *Rumpf amb.* 5. *t.* 87.

** *pericarpiis tuberculatis.*

faſtuoſa. 5. D. pericarpiis nutantibus globoſis, foliis ovatis angulatis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 243. *f.* 2.

*** *pericarpiis glabris inermibus.*

arborea. 6. D. pericarpiis nutantibus, caule arboreo. *Feuill. per.* 2: *t.* 46.

lævis. 7. D. pericarpiis ovatis erectis, caule herbaceo. *Suppl. p.* 146. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 82.

247. HYOSCYAMUS. *Cor.* infundibuliformis, obtuſa, irregularis. *Stamin.* inclinata. *Capſ.* operculata, 2loculares. *Sem.* plurima, reniformia.

niger. 1. H. foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Blackw. herb. t.* 550.

reticulatus. 2. H. foliis caulinis petiolatis cordatis ſinuatis acutis; floralibus integerrimis, corollis ventricoſis. *Camer. hort. t.* 22.

albus. 3. H. foliis petiolatis ſinuatis obtuſis, floribus ſeſſilibus. *Blackw. herb. t.* 111. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 5. *t.* 76. *f.* 8.

aureus. 4. H. foliis petiolatis dentatis acutis, floribus pedunculatis, fructibus pendulis. *Bulliard herb. Franc. t.* 20.

muticus. 5. H. foliis petiolatis ovatis acutangulis, calicibus muticis, bracteis indiviſis. *Mant. p.* 45.

Datora. 6. H. foliis petiolatis, ovato-lanceolatis ſubdentatis, floribus ſpicatis ſubſeſſilibus, caule villoſo. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 45.

puſillus. 7. H. foliis lanceolatis dentatis: floralibus inferioribus binis, calicibus ſpinoſis. *Mant. p.* 339. *Pluckn. alm. t.* 37. *f.* 5.

phyſaloides. 8. H. foliis ovatis integerrimis, calicibus inflatis ſubgloboſis. *Amœn. ac.* 7. *t.* 6. *f.* 1.

Scopolia. 9. H. foliis ovatis integris, calicibus inflatis campanulatis lævibus. *Mant. p.* 46. 339. *Jacq. obs. bot.* 1. *t.* 20.

248. NICOTIANA. *Cor.* infundibuliformis: limbo plicato. *Stam.* inclinata. *Caps.* 2valvis, 2locularis. *Sem.* parva, subreniformia.

Tabacum. 1. N. foliis lanceolato-ovatis sessilibus decurrentibus, floribus acutis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. 11. *Gaertn. de fr. & sem. c.* 4. *f.* 55. *f.* 11.

fruticosa. 2. N. foliis lanceolatis subpetiolatis amplexicaulibus, floribus acutis, caule frutescente.

rustica. 3. N. foliis petiolatis ovatis integerrimis, floribus obtusis. *Blackw. herb. t.* 437.

paniculata. 4. N. foliis petiolatis cordatis integerrimis, floribus paniculatis obtusis clavatis. *Feuill. per.* 1. *t.* 10.

urens. 5. N. foliis cordatis crenatis, racemis recurvatis, caule hispido pruriginoso. *Plum. ic.* 211.

glutinosa. 6. N. foliis petiolatis cordatis integerrimis, floribus racemosis secundis subringentibus. *Act. Stockh.* 1753. *t.* 2.

pusilla. 7. N. foliis oblongo-ovalibus radicalibus, floribus racemosis acutis. *Mill. ic.* 185. *f.* 2.

minima. 8. N. foliis sessilibus ovatis, floribus obtusis. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 129.

JABOROSA. *Cor.* tubulosa, calice 5fido longior: limbo 5fido. *Filamenta* plana summo tubo inserta. *Stigma* capitatum.

bonariensis. 1. JABOROSA. *Jussieu gen. plant. p.* 125.

249. ATROPA. *Cor.* campanulata. *Stam.* distantia. *Bacca* globosa, 2locularis.

Mandragora. 1. A. acaulis, scapis unifloris. *Bulliard herb. Franc. t.* 145. 146.

Belladonna. 2. A. caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 309.

Physaloides. 3. A. caule herbaceo, foliis sinuato-angulatis, calicibus clausis acutangulis. *Mant. p.* 339. *Jacq. obs. bot.* 4. *t.* 98. *nonne distincti generis?*

solanacea. 4. A. caule fruticoso, pedunculis solitariis, foliis subovatis. *Mant. p.* 205. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 173. Solanum guineense. *Commel. h. amstel.* 2. *t.* 96.

arborescens. 5. A. caule frutescente, pedunculis confertis, corollis revolutis, foliis oblongis. *Plum. ic.* 46. *f.* 1.

frutescens. 6. A. caule fruticoso, pedunculis confertis, foliis cordato-ovatis obtusis. *Barr. pl. rar. ic.* 1173.

250. PHYSALIS. *Cor.* rotata. *Stam.* conniventia. *Bacca* intra calicem inflatum, 2locularis.

* *perennes.*

somnifera. 1. Ph. caule fruticoso, ramis rectis, floribus confertis.

flexuosa. 2. Ph. caule fruticoso, ramis flexuosis, floribus confertis *Rheed. h. mal.* 4. *t.* 55.

aristata. 3. Ph. caule fruticoso, ramis pedunculis petiolisque lanuginosis, foliis glabris, calicis denticulis aristatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 244.

arborescens. 4. Ph. caule fruticoso, foliis ovatis pilosis, floribus solitariis: corollis revolutis. *Mill. dict. t.* 206. *f.* 2.

curassavica. 5. Ph. caule fruticoso, foliis ovatis tomentosis. *Pluckn. alm. t.* 111. *f.* 5.

prostrata. 6. Ph. caule procumbente tereti hirsuto ramosissimo, foliis subcarnosis. *Herit. stirp. nov.* 3. *p.* 43. *t.* 22.

viscosa. 7. Ph. foliis geminis repandis obtusis subtomentosis, caule herbaceo superne paniculato. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 136.

Pensylvanica. 8. Ph. foliis ovatis subrepandis obtusis nudiusculis, floribus geminis, caule herbaceo.

Alkekengi. 9. Ph. foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne subramoso. *Knorr del. hort.* 1. *t.* 1. 4.

Peruviana. 10. Ph. pubescens; foliis ovatis integerrimis.

tomentosa. 11. Ph. caule arborescente ramis erectis, foliis cordato-acuminatis sinuato-repandis, inferne alternis, summis geminis. *Medic. act. palat.* 4. *phys. p.* 184. t. 4.

lutea. 12. Ph. calicibus fructiferis pyriformibus clausis fertis, corollis immaculatis. *Medic. act. palat.* 4. *phys. p.* 185. *Visonsæ proxima.*

** *annuæ.*

angulata. 13. Ph. ramosissima, ramis angulatis glabris, foliis ovatis dentatis. *Dill. h. Elth. t.* 12. *f.* 12.

pubescens. 14. Ph. ramosissima, foliis villoso-viscosis, floribus pendulis. *Feuill. per. t.* 1.

minima. 15. Ph. ramosissima, pedunculis fructiferis folio villoso longioribus. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 64.

pruinosa. 16. Ph. ramosissima, foliis subvillosis, pedunculis strictis calicibusque fructiferis longissimis. *Dill. h. Elth. t.* 9. *f.* 9.

barbadensis. 17. Ph. ramosissima, foliis cordatis villosis, calicibus fructescentibus pendulis ovatis acutis pentagonis. *Jacq. plant. rar. ic. cent.* 1. *t.* 70.

ramosa. 18. Ph. foliis simplicibus geminisque late ovatis acutis sinuato-dentatis subvillosis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 204.

dubia. 19. Ph. ramosissima, pedunculis calicibusque fructiferis brevissimis. *Medic. act. palat.* 4. *phys. p.* 188. *t.* 5. *f.* 1.

limensis. 20. Ph. foliis ovatis repandis pilosis, calicibus florum inflatis scariosis. *Retz. obs. bot.* 5. *p.* 22.

nutans. 21. Ph. foliis alternis ovatis cauleque subangulatis tomentosis, floribus solitariis nutantibus. *Walt. flor. carol. p.* 99.

251. SOLANUM. *Cor.* rotata. *Antheræ* subcoalitæ: poro gemino dehiscentes. *Bacca* 2locularis.

* *Inermia.*

laurifolium. 1. S. caule arboreo, foliis petiolatis ovato-oblongis subtus tomentosis, panicula terminali dichotoma divaricata. *Suppl. p.* 148.

verbascifolium. 2. S. caule fruticoso, foliis ovatis tomentosis integerrimis, umbellis compositis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 13.

Pseudo-capsicum. 3. S. caule fruticoso, foliis lanceolatis repandis, umbellis sessilibus. *Kniph. bot. orig. cent.* 6. *n.* 87.

diphyllum. 4. S. caule fruticoso, foliis geminis: altero minore, floribus cymosis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 53.

bonariense. 5. S. caule subinermi fruticoso, foliis ovato-oblongis sinuato-repandis scabris. *Mant. p.* 205. *Dill. h. Elth. t.* 270. *f.* 351.

aviculare. 6. S. caule fruticoso, foliis sinuato-pinnatifidis, corymbis terminalibus. *Forst. fl. austr. p.* 18.

nodiflorum. 7. S. caule fruticoso debili, ramis ad divisiones incrassatis, foliis petiolatis ovatis integerrimis, pedunculis umbellatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 288. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 54.

Tagore. 8. S. caule fruticoso, foliis inferioribus profunde sinuatis: superioribus cordatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 212. *t.* 83.

subinerme. 67. S. caule frutescente subinermi, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Jacq. stirp. amer. ed.* 2. *t.* 259. *f.* 15.

bombense. 68. S. caule frutescente, foliis ovalibus integerrimis, racemis corymbosis. *Jacq. stirp. amer.*

Dulcamara. 9. S. caule frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. *Curt. flor. Lond. t.* 4.

havanense. 10. S. caule frutescente, foliis lanceolatis nitidis integerrimis, pedunculis subbifloris. *Mant. p.* 47. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 48.

triste. 11. S. caule frutescente, foliis lanceolato-oblongis subrepandis glabris, racemis subcymosis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 49.

racemosum. 12. S. caule frutescente, foliis lanceolatis repandis undulatis, racemis longis erectis. *Mant. p.* 47. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 50.

terminale. 13. S. caule frutescente, foliis ovalibus acutis, umbellis terminalibus. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 45.

mauritianum. 14. S. caule frutescente: ramis superioribus lanatis, foliis oblongis tomentosis integris, racemis terminalibus glandulosis. *Scop. delic. ins.* 3. *p.* 16. *t.* 8.

macrocarpon. 15. S. caule suffruticoso, foliis cuneatis repandis glabris. *Mant. p.* 205. *Mill. ic.* 294.

divaricatus. 8. D. ſeminibus ſtriatis ſcabris, caule dichotomo ramoſiſſimo, umbellæ radiis ſubtrifloris. *Walt. flor. carol. p.* 114.

gummifer. 9. D. ſeminibus aculeatis, floſculo centrali ſterili, caule nitido. *Bocc. muſ.* 2. *f.* 23.

polygamus. 10. D. ſeminibus hiſpidis, umbellis marginalibus pluribus maſculis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *ſ.* 9. *t.* 9. *f.* 10.

334. AMMI. *Involucra* pinnatifida. *Cor.* radiatæ, omnes hermaphroditæ. *Fructus* ovato-globoſus, parvus, gibbus, multiſtriatus.

majus. 1. A. foliis inferioribus pinnatis lanceolatis ſerratis: ſupe-rioribus multifidis linearibus, ſeminibus lævibus. *Blackw. herb. t.* 447. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 8.

copticum. 2. A. foliis supradecompositis linearibus, seminibus muricatis. *Mant. p.* 56. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 196.

laucifolium. 3. A. foliis bipinnatis: pinnis pinnatis trifidis; primis costæ communi verticillatim adnatis. *Scop. fl. carn. t.* 10.

glaucifolium. 4. A. foliorum omnium lacinulis lanceolatis.

335. BUNIUM. *Cor.* uniformis. *Umbella* conferta. *Stil.* reflexi, decidui. *Fructus* subcylindrici, striati, apice crassiores.

Bulbocastanum. 1. B. involucro polyphyllo. *Flor. dan. t.* 220. *β*) Bunium minus. *Gouan. ill. p.* 10.

aromaticum. 2. B. involucellis triphyllis. *Mant. p.* 218.

336. CONIUM. *Involucella* dimidiata, subtriphylla. *Fructus* ovatus, gibbus: costis compressis ante maturitatem undulatis.

maculatum. 1. C. seminibus inermibus, caule ramosissimo, maculato glabro. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 156. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 10.

suffruticosum. 5. C. seminibus angulato-striatis, caule suffruticoso. *Berg. flor. cap.*

rigens. 2. C. seminibus submuricatis, pedunculis sulcatis, foliolis canaliculatis obtusis. *Mant. p.* 352. 512.

africanum. 3. C. seminibus muricatis, petiolis pedunculisque lævibus. *Mant. p.* 352. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 194.

Royeni. 4. C. seminibus radiato-spinosis. *Buxb. cent.* 3. *t.* 28.

337. SELINUM. *Involucrum* reflexum. *Petala* cordata, æqualia. *Semen* parvum, alis membranaceis 5: lateralibus maximis.

sylvestre. 1. S. radice fusiformi multiplici, stilis erectis, corollis explicatis. *Mant. p.* 353. *Suppl. p.* 180. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 152.

paluſtre. 2. S. caule lævi ſublacteſcente, radice ſimplici, foliis quadruplicato-pinnatis linearibus. *Mant. p.* 353. *Flor. dan. t.* 257.

auſtriacum. 3. S. caule ſtriato ſulcato, foliolis ovatis inciſis. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 71.

Caniſolia. 4. S. caule ſulcato acutangulo, foliis triplicato-pinnatis: pinnis latiuſculis ſimplicibus trifidiſque, foliolis apice mucronatis. *Mant. p.* 353. *Suppl. p.* 180. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 16. *Flor. dan. t.* 667.

Chabræi. 5. S. vaginis foliorum caulinorum planis flaccidis pendulis. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 72.

Seguieri. 6. S. involucro univerſali nullo, piſtillis divaricatiſſimis. *Suppl. p.* 179. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 61.

Monnieri. 7. S. umbella conferta, ſeminibus coſtis quinque membranaceis. *Jacq. hort. Vind.* 1. *t.* 62.

ſibiricum. 8. S. involucro univerſali partialibuſque decoloribus enneaphyllis, foliis tripinnatis. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 16.

338. ATHAMANTA. *Petal.* inflexa, emarginata. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus.

Libanotis. 1. A. foliis bipinnatis planis, umbella hemiſphærica, ſeminibus hirſutis. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 21. *f.* 1. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 392. *Flor. dan. t.* 754. β) Athamanta pyrenaica. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 197.

Cervaria. 2. A. S. foliis duplicato-pinnatis: foliolis oblongis obtuſis trilobis dentato-ſerratis; ſerraturis mucronatis, ſeminibus nudis. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 69. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 2. *t.* 21. *f.* 10.

ſibirica. 3. A. foliis pinnatis inciſo-angulatis. *Mant. p.* 56. 353. *Gmel. fl. ſib.* 1. *t.* 40. *f.* 1. 2.

condenſata. 4. A. foliis ſubbipinnatis: foliolis deorſum imbricatis, umbella lentiformi.

Oreoſelinum. 5. A. foliis triplicato-pinnatis: foliolis lanceolatis trifidis integerrimis divaricatis, ſeminibus nudis. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 68. β) Athamanta Galatta. *Jacq. pl. alp. Carn. t.* 5.

ſicula. 6. A. foliis inferioribus nitidis, umbellis primordialibus ſubſeſſilibus, ſeminibus piloſis.

cretensis. 7. A. foliolis linearibus planis hirsutis, petalis bipartitis, seminibus oblongis hirsutis. *Jacq. fl. austr.* I. t. 62. β) Athamanta rupestris. *Scop. fl. carn. t.* 9.

annua. 8. A. foliis multipartitis: laciniis linearibus teretiusculis acuminatis, seminibus villosis.

sinensis. 9. A. foliis supradecompositis lævibus multifidis, seminibus membranaceo-striatis.

Matthioli. 10. A. foliis supradecompositis diffusis: foliolis elongato-subsetaceis, seminibus acutis hirsutis. *Wulfen apud Jacq. coll.* I. *p.* 211.

daucoides. 11. A. foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis: laciniis trifidis, umbellis densissimis. *Scop. flor. carn. ed.* 2.

339. PEUCEDANUM. *Involucra* brevissima. *Fructus* ellipticus substriatus, lenticulari-compressus.

japonicum. 1. P. foliis quinquies tripartitis: foliolis cuneiformibus trifidis. *Thunb. fl. jap. p.* 117.

officinale. 2. P. foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. *Regn. bot. t.* 405. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 21. *f.* 7.

alpestre. 3. P. foliolis linearibus ramosis.

minus. 4. P. foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis; laciniis linearibus oppositis, caule ramosissimo patulo.

Silaus. 5. P. foliolis pinnatifidis: laciniis oppositis, involucro universali diphyllo, stilis deflexis. *Jacq. fl. austr.* I. *t.* 15.

alsaticum. 6. P. foliis pinnatifidis: lacinulis trifidis obtusiusculis, seminibus compressis. *Jacq. fl. austr.* I. *t.* 70.

nodosum. 7. P. foliolis alternatim multifidis.

geniculatum. 8. P. foliis subrotundo-reniformibus crenatis. *Forster fl. austr. p.* 22.

redivivum. 9. P. foliis radicalibus bipinnatis plumosis, caule serotino aphyllo ramoso, umbellis paucifloris albis. *Pallas act. Petrop.* 1779. 2. *p.* 252. *t.* 8. *f.* 1-3.

aureum. 10. P. foliis tripinnatis: foliolis caulinis lineari-lanceolatis, radicalibus oblongis multifidis. *Ait. hort. Kew.* I. *p.* 341.

340. CRITHMUM. *Flosculi* æquales. *Fructus* ovalis, compressus.

maritimum. 1. Cr. foliolis lanceolatis carnosis. *Mant. p.* 353. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 182.

pyrenaicum. 2. Cr. foliolis lateralibus bis trifidis. *an Athamanta Libanotis senescens?*

latifolium. 3. Cr. foliolis sessilibus obovatis lobatis: lobis dentatis. *Suppl. p.* 180.

SPANANTHE. *Flosculi* æquales. *Fructus* ovalis: seminibus in dorso 3striatis.

paniculata. 1. SPANANTHE. *Jacq. collect.* 3. *p.* 247.

342. CACHRYS. *Fructus* subovatus, angulatus, suberoso-corticatus.

Libanotis. 1. C. foliis bipinnatis: foliolis linearibus acutis multifidis, seminibus sulcatis lævibus. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 1. *f.* 5. 6.

sicula. 2. C. foliis bipinnatis: foliolis linearibus acutis, seminibus sulcatis hispidis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 1. *f.* 3.

odontalgica. 3. C. foliis radicalibus supradecompositis tomentoso-canis, caule nudo, seminibus lævissimis. *Suppl. p.* 181. *Pallas it.* 3. *p.* 720. *t.* G. *f.* 1. 2. 3.

343. FERULA. *Fructus* ovalis, compresso-planus: striis utrinque 3.

communis. 1. F. foliolis linearibus longissimis simplicibus.

glauca. 2. F. foliis supradecompositis: foliolis lanceolato-linearibus planis.

tingitana. 3. F. foliolis laciniatis: lacinulis tridentatis inæqualibus nitidis. *Scop. delic. insubr.* 3. *t.* 9. *f.* 10.

Ferulago. 4. F. foliis pinnatifidis: pinnis linearibus planis trifidis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 15. *f.* 1.

orientalis. 5. F. foliorum pinnis basi nudis: foliolis setaceis. *Tournef. it.* 3. *p.* 239. *ic.*

meoides. 6. F. foliorum pinnis utrinque appendiculatis: foliolis setaceis.

nodiflora. 7. F. foliolis appendiculatis, umbellis ſeſſilibus. *Jacq. fl. auſtr. 5. app. t. 5.*

canadenſis. 8. F. lucida.

Aſſa foeti-da. 9. F. foliis alternatim ſinuatis obtuſis. *Kaempf. amoen. ex. p. 536. ic.*

Perſica. 10. F. foliis multiplicato-pinnatis: foliolis confluentibus acutis. *Hope act. angl. 75. 1. 4. 5. p. 36. cum ic.*

villoſa. 11. F. foliis ſupradecompoſito-ternatis: foliolis ovatis ſerratis rigidis, caule pedunculiſque villoſis. *Walt. flor. carol. p. 115.*

344. LASERPITIUM. *Petala* inflexa, emarginata, patentia. *Fructus* oblongus: angulis 8 membranaceis.

latifolium. 1. L. foliolis cordatis inciſo-ſerratis. *Jacq. fl. auſtr. 2. t. 146.*

trilobum. 2. L. foliolis trilobis inciſis. *Pluckn. phyt. 223. f. 7.*

aquilegi-folium. 3. L. foliolis obtuſis baſi ovatis lobatis. *Jacq. fl. auſtr. 2. t. 147.*

gallicum. 4. L. foliolis cuneiformibus furcatis.

ſilaifolium. 5. L. radice multicipite, caule glabro, foliolis pinnatifidis: laciniis lanceolatis. *Jacq. fl. auſtr. 5. app. t. 44.*

anguſtifo-lium. 6. L. foliolis lanceolatis integerrimis ſeſſilibus. *Moriſ. hiſt. pl. 3. t. 19. f. 9.*

Pruteni-cum. 7. L. foliolis lanceolatis integerrimis: extimis coalitis. *Jacq. fl. auſtr. 2. t. 153.*

Halleri. 8. L. foliis triplicato-pinnatis: lobulis lanceolatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv. n. 795. t. 19.*

dauricum. 9. L. caule maculato, foliolis pinnatifidis acuminatis. *Jacq. h. Vind. 3. t. 38.*

peuceda-noides. 10. L. foliolis lineari-lanceolatis venoſo-ſtriatis diſtinctis. *Jacq. pl. rar. ic. cent. 2. t. 32.*

Siler. 11. L. foliolis ovali-lanceolatis integerrimis petiolatis. *Jacq. fl. auſtr. 2. t. 145. an, quamvis ſemina angulis membranaceis careant, hujus generis?*

Chiro-nium. 12. L. foliolis oblique cordatis : petiolatis hirſutis. *Blackw. herb. t.* 434.

ferula-ceum. 13. L. foliolis linearibus. *Tournef. it.* 2. *p.* 121. *ic.*

ſimplex. 14. L. ſcapo nudo aphyllo ſimplici, umbella ſemiglobosa, foliis pinnatis multifidis acutis linearibus. *Mant. p.* 56.

Aciphyl-la. 15. L. caule vaginato, foliis digitatis linearibus elongatis mucronatis : petiolis dilatatis. *Suppl. p.* 181. *Forst. char. gen. p.* 68. *t.* 68.

345. HERACLEUM. *Involucrum* caducum. *Corolla* difformis : *petalis* inflexo-emarginatis. *Semina* foliaceo-compreſſa, glabra, margine membranaceo, anguſtiſſimo cincta.

Sphondy-lium. 1. H. foliolis pinnatifidis lævibus, floribus uniformibus. *Blackw. herb. t.* 540.

anguſtifo-lium. 2. H. foliis cruciato-pinnatis : foliolis linearibus, corollis floſculoſis. *Mant. p.* 157. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 173.

pumilum. 3. H. foliis bipinnatis : foliolis lanceolatis glabris, caule proſtrato. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 640. *t.* 14.

longifo-lium. 4. H. foliorum pinnis longiſſimis. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 174.

ſibiricum. 5. H. foliis pinnatis : foliolis quinis; intermediis ſeſſilibus, corollulis uniformibus. *Mant. p.* 354.

Panaces. 6. H. foliis pinnatis : foliolis quinis; intermediis ſeſſilibus, floribus radiatis. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 1. *t.* 21. *f.* 4.

auſtria-cum. 7. H. foliis pinnatis utrinque rugoſis ſcabris, floribus ſubradiatis. *Mant. p.* 354. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 61.

tubero-ſum. 8. H. foliis ſeptenis, floribus radiatis, radice tuberoſa. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 115.

alpinum. 9. H. foliis ſimplicibus, floribus radiatis. *Barrel. pl. rar. ic.* 55.

346. LIGUSTICUM. *Cor.* æquales : *petalis* involutis, integris. *Fructus* ovato-oblongus, utrinque attenuatis : coſtis utrinque 5.

Leviſticum. 1. L. foliis multiplicibus : foliolis ſuperne inciſis. *Blackw. herb. t.* 275.

nodiflorum. 2. L. foliis multiternatis ; foliolis ovatis profunde ſerratis, ramis verticillatis, umbellis numeroſiſſimis. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 608. *t.* 13.

ſcoticum. 3. L. foliis biternatis. *Flor. dan. t.* 207.

Gmelini. 4. L. foliis ternatis : foliolis alterne pinnatifidis ovatis inciſis rugoſis, caule fiſtuloſo, involucro foliaceo. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 610. *t.* 13.

luteum. 5. L. foliis multiplicato-pinnatis : pinnis lineari-ſetaceis, involucro polyphyllo. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 136. *Corolla lutea.*

Peloponnenſe. 6. L. foliis multiplicato-pinnatis : foliolis pinnatim inciſis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 13.

auſtriacum. 7. L. foliis bipinnatis : foliolis confluentibus inciſis integerrimis. *Jacq. fl. auſtr.* 2. *t.* 151.

Ginsidium. 8. L. foliis pinnatis : foliolis rhombeo-cordatis obliquis crenatis obtuſis. *Forſt. char. gen. p.* 21. *t.* 21.

balearicum. 9. L. foliis pinnatis : foliolis infimis foliolo acutis. *Mant. p.* 218.

cornubienſe. 10. L. foliis decompoſitis inciſis : radicalibus ternatis lanceolatis integerrimis. *Raj. ſyn. angl.* 3. *t.* 8.

candicans. 11. L. foliis glabris ſupradecompoſitis : foliolis cuneiformibus inciſis, involucro univerſali diphyllo, ſeminum coſtis membranaceis glabris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 348.

Pyrenæum. 12. L. foliis quadruplicato-pinnatis : foliolis ariſtatis integris multifidiſque. *Gouan. ic. illuſtr.* 10. *f.* 2.

peregrinum. 13. L. umbellæ primariæ involucro ſubnullo : lateralium baſi membranaceo, radiis ſubramoſis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 18.

347. ANGELICA. *Cor.* æquales : *petalis* incurvis. *Stili* reflexi. *Fructus* subrotundus.

Archangelica. 1 A. foliis supradecompositis : alatus, solidus, foliorum impari lobato, lobis lateralibus angustioribus. *Flor. dan. t.* 206.

Razulii. 8. A. foliis bipinnatis : foliolis lanceolatis serratis decurrentibus. *Gouan. illustr. t.* 6.

silvestris. 2. A. foliolis æqualibus ovato-lanceolatis serratis ellipticis. *Sabb. h. rom.* 4. *t.* 85.

verticillaris. 3. A. foliis divaricatissimis : foliolis ovatis serratis, caule pedunculis verticillato. *Mant. p.* 217. 561. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 130.

atropurpurea. 4 A. foliorum extimo pari coadunato : foliolo terminali petiolato. *Mant. p.* 354. *Cornut. canad. t.* 199.

lucida. 5. A. foliolis æqualibus ovatis inciso-serratis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 24.

lobata. 6. A. foliis inferioribus biternatis : foliolis petiolatis ovatis serratis ; superioribus ternatis. *Walt. flor. carol. p.* 115.

integrifolia. 7. A. foliolis integris petiolatis. *Walt. flor. carol. p.* 115.

348. SIUM. *Involucrum* polyphyllum. *Petala* cordata. *Stili* deflexi. *Fructus* ovatus, oblongus, striatus, transversim crassior.

latifolium. 1. S. foliis pinnatis : foliolis æqualiter argute serratis ovato-lanceolatis ; impari trifido, umbellis terminalibus. *Flor. dan. t.* 246.

lunifolium. 2. S. foliis pinnatis : foliolis lanceolatis æqualibus, umbellis terminalibus. *Schranck baiersch. Flor.* 1. *p.* 556.

cicutæfolium. 3. S. foliis pinnatis : foliolis lineari-lanceolatis, ramis serratis, umbellis terminalibus. *Gmel. flor. sib.* 1. *p.* 201. *t.* 47.

Berula. 4. S. foliis pinnatis : foliolis superioribus auritis ; inferioribus minutis remotis, involucro pinnatim dissecto, umbellis axillaribus, pedunculatis. *Jacq. flor. austr.* 1. *t.* 66.

angustifolium. 5. S. foliis pinnatis, foliis auritis, involucro pinnatim dissecto, umbellis axillaribus pedunculatis.

nodiflorum. 6. S. foliis pinnatis: foliolis inciso dentatis; impari tripartito, umbellis lateralibus oppositifoliis sessilibus pedunculatisque. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 5. *f.* 3.

Sisarum. 7. S. foliis pinnatis: floralibus ternatis. *Sabb. h. rom.* 4. *t.* 76. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 4.

Ninsi. 8. S. foliis pinnatis serratis: rameis ternatis. *Blackw. herb. t.* 514.

rigidius. 9. S. foliis pinnatis: foliolis lanceolatis subintegerrimis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 7. *f.* 1.

japonicum. 10. S. foliis pinnatis: foliolis incisis, umbellis terminalibus. *Thunb. fl. jap. p.* 118.

Falcaria. 11. S. foliolis linearibus decurrentibus connatis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 257. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 4.

græcum. 12. S. foliis omnibus bipinnatis; *an vere distinctum a decumbente?*

decumbens. 13. S. foliis bipinnatis, caule decumbente. *Thunb. fl. jap. p.* 118.

suave. 16. S. foliis radicalibus bipinnatis sublinearibus: caulinis pinnatis; pinnis lanceolatis argute serratis. *Walt. flor. carol. p.* 115.

siculum. 14. S. foliis radicalibus ternatis, caulinis bipinnatis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 133.

repens. 15. S. caule repente, foliolis subrotundis dentato-angulatis. *Suppl. p.* 181. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 260.

349. SISON. *Involucra* subtetraphylla. *Fructus* ovatus, striatus: *stilis* deflexis.

Amomum. 1. S. foliis pinnatis, umbellis erectis. *Mant. p.* 355. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 17.

segetum. 2. S. foliis pinnatis, umbellis cernuis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 134.

canadense. 3. S. foliis ternatis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 11. *f.* 4. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 10.

Ammi. 4. S. foliis tripinnatis: radicalibus linearibus; caulinis setaceis, stipularibus longioribus. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 200.

inundatum. 5. S. repens, foliis submersis capillaribus; emersis pinnatis, umbellis bifidis. *Flor. dan. t.* 89.

verticillatum. 6. S. foliolis verticillatis capillaribus.

falsum. 7. S. foliis radicalibus compositis: foliolis subverticillato-fasciculatis lanceolatis, caule aphyllo, ramis umbelliferis dichotomis. *Suppl. p.* 181.

crinitum. 8. S. foliis omnibus tripinnatis capillaribus, involucris decomposito-setaceis. *Pallas act. Petrop.* 1779. *p.* 250. *t.*

350. BUBON. *Fructus* ovatus, striatus, villosus, parvus.

macedonicum. 1. B. foliolis rhombeo-ovatis crenatis, umbellis numerosissimis. *Regn. t.* 84. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 2.

Galbanum. 2. B. foliolis rhombeis dentatis striatis glabris, umbellis paucis. *Mant. p.* 335. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 36.

lævigatum. 3. B. foliolis lanceolatis subcrenatis, caule frutescente, seminibus glabris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 352.

gummiferum. 4. B. foliolis glabris: inferioribus rhombeis serratis; superioribus pinnatifidis tridentatis. *Commel. h. amst.* 2. *t.* 58.

rigidius. 5. B. foliolis linearibus. *Bocc. mus.* 2. *t.* 76.

351. CUMINUM. *Involucra* 4fida. *Umbellulæ* 4. *Fructus* parvus, ellipticus, multistriatus, hirsutulus.

Cyminum. 1. CUMINUM. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 2. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 8.

352. ŒNANTHE. *Flosculi* difformes, *disci* sessiles, steriles. *Fructus* suberoso-corticatus, oblongus, striatus, calice stilisque persistentibus rectis coronatus.

fistulosa. 1. Œ. stolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fistulosis. *Flor. dan. t.* 846. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 6.

crocata. 2. Œ. foliis omnibus multifidis obtusis subæqualibus. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 55. *Gaertn. de fr. & sem. cent. t.* 22. *f.* 6.

prolifera. 3. Œ. umbellarum pedunculis marginalibus longioribus ramosis masculis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 62.

globulosa. 4. Œ. fructibus globosis. *Gouan. illstur. t.* 9. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 6.

pimpinelloides. 5. Œ. foliolis radicalibus cuneatis fissis, caulinis integris linearibus longissimis simplicibus. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 395. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 6.

β) Œnanthe Rarania. *Hacq. pl. alp. carn. t.* 3.

peucedanifolia. 6. Œ. foliis omnibus linearibus: radicalibus bipinnatis; caulinis pinnatis, involucro universali nullo, radicum napulis ovatis sessilibus. *Pollich. fl. pal.* 1. *n.* 292. *t.* 3.

filiformis. 7. Œ. foliis omnibus simplicibus filiformibus fistulosis. *Wält. flor. carol. p.* 113.

353. PHELLANDRIUM. *Flosculi* disci minores. *Fructus* ovatus, lævis, calice et pistillo coronatus.

aquaticum. 1. ph. foliorum ramificationibus divaricatis. *Blackv. herb. t.* 570.

Mutellina. 2. ph. caule subnudo, foliis pinnatis. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 56. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 6.

354. CICUTA. *Fructus* subovatus, costatus.

virosa. 1. C. umbellis oppositifoliis, petiolis marginatis obtusis. . *p.* 355. *Flor. dan. t.* 208. *Mant.*

bulbifera. 2. C. ramis bulbiferis.

maculata. 3. C. foliorum serraturis mucronatis, petiolis membranaceis apice bilobis. *Pluckn. alm. t.* 76. *f.* 1.

perennans 4. C. foliis biternatis: foliolis obtusis obliquis serratis, floribus disci sterilibus. *Walt. flor. carol. p.* 116.

355. ÆTHUSA *Involucella* dimidiata, 3phylla, deflexa. *Fructus* subglobosus, profunde sulcatus.

Cynapium. 1. Æ. foliis conformibus, fructibus subglobosis. *Blackw. herb. t. 517. Gaertn. de fr. & sem. cent. 2. t. 22. f. 3.*

Bunius. 2. Æ. foliis radicalibus pinnatis: caulinis multipartito-setaceis, seminibus oblongiusculis. *Syst. nat.* XII. 4. *p.* 733. Crithmum Bunius. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 198.

Meum. 3. Æ. foliis omnibus multipartito-setaceis, involucro universali monophyllo, fructibus ovato-oblongis utrinque attenuatis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 208. Athamanta Meum. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 303. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 20. *t.* 23. *f.* 6.

fatua. 4. Æ. foliis omnibus multipartito-setaceis, involucro universali polyphyllo. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 355.

356. CORIANDRUM. *Cor.* radiata: *petalis* inflexo-emarginatis. *Involucrum universale* 1phyllum: *partialia* dimidiata. *Fructus* sphæricus, glaber.

sativum. 1. C. fructibus globosis. *Blackw. herb. t.* 176. *gaertn. de. fr. & sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 2.

testiculatum. 2. C. fructibus didymis *Pluckn. alm. t.* 169. *f.* 2.

357. SCANDIX. *Cor.* radiata. *Flosculi* disci sæpe masculi. *Petala* emarginata. *Stili* persistentes. *Fructus* subulatus.

* *seminibus sulcatis.*

odorata. 1. Sc. seminibus angulatis *Jacq. fl. austr.* 5. *app. t.* 37. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 10.

gilanica 2. Sc. seminibus lævibus, caulibus ramosis striatis. *S. G. Gmel. it.* 3. *p.* 304. *t.* 31. *f.* 2.

** *feminibus lævibus fuperficiei æquabilis.*

Pecten. 3. Sc. feminum roftro longiffimo, foliolis multipartitis. *Jacq. fl. auftr.* 3. *t.* 263.

chilenfis. 4. Sc. feminum roftro longiffimo, foliolis integris ovato-lanceolatis. *Molin. hift. nat. Chil. p.* 103.

Cerefolium. 5. Sc. feminibus nitidis tereti-roftratis umbellis feffilibus lateralibus. *Jacq. fl. auftr.* 4. *t.* 390. *Gaertn. de. fem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 9.

procumbens. 6. Sc. feminibus nitidis ovato-fubulatis, foliis decompofitis. *Morif. hift. pl.* 3. *t.* 11. *f. ult.*

grandiflora. 7? Sc. feminibus pedunculo villofo brevioribus.

*** *feminibus hirfutis aut hifpidis.*

trichofperma. 8. Sc. feminibus hirfutiffimis : pilis femine duplo longioribus. *Mant. p.* 57.

infefta. 9. Sc. femine exteriore hifpido, umbellulis confertiffimis hemifphæricis. *Jacq. fl. auftr.* 1. *t.* 46.

nodofa. 10. Sc. feminibus fubcylindricis hifpidis, caule hifpido: geniculis tumidis. *Mant. p.* 356. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 25. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 1. *t.* 5. 6.

auftralis. 11. Sc. feminibus hifpidis, caulibus lævibus. *Col. ecphr.* 1. *t.* 90.

358. CHÆROPHYLLUM. *Involucrum* reflexum, concavum. *Petala* inflexo - cordata. *Fructus* nitens, (utplurimum) lævis, oblongus.

alpinum. 1. Ch. foliis tripinnatis : foliolis anguftis diftantibus, petalis planis integris, piftillis deciduis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 642.

fylveftre. 2. Ch. caule lævi ftriato : geniculis tumidiufculis. *Jacq. fl. auftr.* 2. *t.* 149.

bulbofum. 3. Ch. caule lævi geniculis tumido bafi hirto. *Jacq. fl. auftr.* 1. *t.* 63.

aristatum. 4. Ch. caule lævi geniculis tumido, seminibus hirtis biaristatis. *Thunb. fl. jap. p.* 119. *an. hujus generis?*

temulum. 5. Ch. caule geniculis tumido maculato, foliisque scabris: foliolis incisis acutis. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 65. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 10.

hirsutum. 6. Ch. caule æquali, foliolis incisis acutis, seminum rostris maxime divergentibus. *Mant. p.* 356. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 148.

aromaticum. 7. Ch. caule æquali, foliolis serratis integris, seminibus biaristatis. *Mant. p.* 356. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 150.

coloratum. 8. Ch. caule æquali, foliis supradecompositis, involucellis coloratis. *Mant. p.* 57. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 51.

aureum. 9. Ch. caule æquali foliolis incisis seminibus coloratis sulcatis. *Mant. p.* 356. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 64. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 10.

scabrum. 10. Ch. caule æquali, foliolis incisis acutis hirtis, pedunculis scabris. *Thunb. fl. jap. p.* 119.

Cicutaria. 11. Ch. foliis bipinnatis: foliolis cordato-oblongis incisis, petalis emarginatis, caule glabro. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 644.

arborescens. 12. Ch. fruticosum.

359. IMPERATORIA. *Petala* inflexo-emarginata. *Semen* compressum: margine lato membranaceo, et costis 3 dorsalibus apterygiis.

Ostruthium. 1. IMPERATORIA. *Blackw. herb. t.* 279. *Gaertn. de fr. & sem. pl. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 9.

360. SESELI. *Umbellae* globosæ. *Involucrum* foliolo uno alterove. *Fructus* ovatus, striatus: *stilis* deflexis.

pimpineloides. 1. S. caule declinato, umbellis nubilibus nutantibus.

montanum. 2. S. petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliis caulinis angustissimis. *Jacq. hort. Vind.* 2. *t.* 129.

glaucum. 3. S. petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis singularibus binatisque canaliculatis lævibus petiolo longioribus. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 144.

annuum. 4. S. petiolis rameis membranaceis ventricosis emarginatis. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 55.

aristatum. 5. S. petiolis rameis submembranaceis laxis integerrimis, foliis supradecompositis: foliolis aristatis. *Ait. hort. Kew.* *t. p.* 359.

ammoides. 6. S. foliis radicalibus: foliolis imbricatis. *Jacq. h. vind.* 1. *t.* 52.

tortuosum. 7. S. caule alto rigido, foliis linearibus fasciculatis. *Regn. bot.* *t.* 313.

Turbith. 8. S. involucro universali monophyllo, seminibus villosis.

Hippomarathrum. 9. S. involucellis connato-monophyllis. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 143.

Pyrenæum. 10. S. foliis duplicato-pinnatis: foliolis incisis acutis, involucellis setaceis umbellula longioribus. *Gouan. illustr. t.* 5.

saxifragum. 11. S. caule filiformi divaricato, foliis duplicato-ternatis linearibus, umbellis subsexfidis.

alatum. 12. S. caule elongato: geniculis callosis, foliis bipinnatis: pinnis linearibus distantibus. *Mant. p.* 357. *Gouan. ill. t.* 8.

multicaule. 13. S. foliis bipinnatis: foliolis linearibus integris trifidisque, involucellis subulatis. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 27.

curvifolium. 14. S. foliis bipinnatis: laciniis decussatis linearibus, ramis erectis, seminibus lævibus. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 586.

fragile. 15. S. foliis articulatis fragilibus: foliolis lineari-integris binatisque, vaginis bilobis. *Gouan. illustr.*

361. THAPSIA. *Semina* oblonga: alis membranaceis 4, lateralibus maximis.

villosa. 1. Th. foliolis dentatis villosis basi coadunatis. *Regn. bot. t.* 383. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 21. *f.* 6.

foetida. 2. Th. foliolis multifidis basi angustatis. *Blackw. herb. t.* 459.

Asclepium. 3. Th. foliis digitatis: foliolis bipinnatis setaceo-multifidis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 13. *f.* 9.

gargani-ca. 4. Th. foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis; laciniis lanceolatis. *Mant. p. 57. Gouan. illustr. t. 10.*

trifoliata. 5. Th. foliis ternatis ovatis; *an potius Smyrnii species!*

362. PASTINACA. *Petala* involuta integra. *Semina* elliptica, foliaceo-compressa glabra: margine tenui angusto.

lucida. 1. P. foliis simplicibus cordatis lobatis lucidis acute crenatis. *Mant. p. 58. Jacq. h. Vind. 2. t. 199.*

sativa. 2. P. foliis simpliciter pinnatis. *Blackw. herb. t. 379. Gaertn. de fr. & sem. cent. 1. t. 21. f. 5.*

Opopanax. 3. P. foliis pinnatis: foliolis basi anteriore excisis. *Mant. p. 357. Regn. bot. t. 422.*

363. SMYRNIUM. *Petala* acuminata, carinata. *Fructus* ovato-globosus, gibbus, angulato-costatus.

perfoliatum. 1. Sm. foliis caulinis amplexicaulibus.

ægyptiacum. 2. Sm. foliis floralibus binis simplicibus cordatis integerrimis.

nodiflorum. 6. Sm. folio florali solitario lanceolato integro. *Allion. flor. pedem. t. 72.*

Olus atrum. 3. Sm. foliis caulinis ternatis petiolatis serratis. *Blacw. herb. t. 408. Gaertn. de fr. & sem. cent. 2. t. 22. f. 11.*

aureum. 4. Sm. foliis pinnatis serratis: posterioribus ternatis, flosculis omnibus fertilibus.

integerrimum. 5. Sm. foliolis caulinis duplicato-ternatis integerrimis.

CHAMITIS. *Umbella* o aut ſimplex. *Involucrum* o aut ſuboctophyllum. *Cal.* ſuperus, 5dentatus perſiſtens. *Petala* obtuſa, integerrima. *Fructus* ſubgloboſus, ſtriatus, 2partibilis.

integrifolia. 1. Ch. floribus ſolitariis. *Gaertn. de fr. &. ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 4.

trifurcata. 2. Ch. floribus umbellatis. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 4.

364. ANETHUM. *Petala* involuta, integra. *Fructus* lenticulari-compreſſus, parvus, ſtriatus, marginatus.

graveolens. 1. A. foliis bipinnatis: foliolis ſetaceis, fructibus compreſſis alatis hinc convexiuſculis. *Blacw. herb. t.* 545. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 11.

ſegetum. 2. A. foliis caulinis tribus, fructibus ovalibus. *Mant. p.* 219. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 132.

Fœniculum. 3. A. foliis multipartito-capillaribus, ſeminibus ovato oblongis utrinque attenuatis. *Blackw. herb. t.* 288. *Gaertn. de fr. &. ſem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 5.

365. CARUM. *Involucrum.* 1phyllum. *Petala* connata, inflexo-emarginata. *Fructus* parvus, ellipticus, gibbus, tereti-ſtriatus.

Carvi. 1. CARUM. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 393. *Gaertn. de. fr. & ſem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 7.

366. PIMPINELLA. *Petala* inflexa. *Stili* recti. *Stigmata* ſubgloboſa. *Fructus* exigui, ovato-oblongi: ſtriis 5 elevatis.

ſaxifraga. 1. P. caule ſtriato glabro, foliis pinnatis glabris: radicalibus foliolis ſubrotundis argute dentatis caulinis bipinnatis linearibus. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 395. β) *Blackw. herb. t.* 472.

nigra. 2. P. caule striato piloso, foliis villosis pinnatis; radicalibus foliolis obcordatis incisis obtuse dentatis; caulinis bipinnatis: foliolis cuneiformibus dentatis. *Willden. prodr. fl. berol. n.* 348.

magna. 3. P. foliis uniformibus pinnatis, foliolis omnibus lobatis, impari trilobo. *Mant. p.* 219. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 396.
β) Pimpinella orientalis. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 397.

hircina. 4. P. foliis bipinnatis: pinnulis profundissime lobatis. *Lers fl. herb. n.* 225. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 30. 2. *t.*? Pimpinella dissecta.

Tragium. 5. P. foliis pinnatis erectis: foliolis cuneatis incisis; summis simplicibus, seminibus hirsutis. *Vill. pl. Delph.* 2. *p.* 603. *Col. phytob. t.* 17.

glauca. 6. P. foliis supradecompositis, caule angulato ramosissimo.

peregrina. 7. P. foliis radicalibus pinnatis crenatis: summis cuneiformibus incisis, umbellis nubilibus nutantibus. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 131.

Anisum. 8. P. foliis radicalibus trifidis incisis. *Blacw. herb. t.* 374. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 23. *f.* 3.

dichotoma. 9. P. pedunculis oppositifoliis, foliis floriferis bitrifidis petiolis alato-membranaceis. *Mant. p.* 58.

dioica. 10. P. pumila, umbellis numerosissimis compositis simplicibusque. *Mant. p.* 357. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 28.

1378. CUSSONIA. *Petala* trigona. *Margo receptaculi* dilatatus in calicem 5 dentatum.

thyrsiflora. 1. C. foliis digitatis: foliolis sessilibus cuneiformibus truncatis tridentatis, floribus racemosis. *Suppl. p.* 182. *Thunb. nov. act. Ups.* 3. *p.* 212. *t.* 12.

spicata. 2. C. foliis digitatis septenis: foliolis simplicibus ternatisque lanceolatis apice serratis, floribus spicatis. *Suppl. p.* 182. *Thunb. nov. act. Ups.* 3. *p.* 212. *t.* 13.

367. APIUM. *Involucrum* 1phyllum. *Petala* æqualia. *Fructus* parvus, gibbus costatus: *stilis* deflexis.

Petroselinum. 1. A. foliis caulinis linearibus, involucellis minutis. *Blackw. herb. t.* 172. a. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 9.

graveolens. 2. A. foliis caulinis cuneiformibus. *Flor. dan. t.* 790. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 22. *f.* 9.

bipinnatum. 3. A. foliis caulinis bipinnatis: foliolis inciso-serratis. *Walt. flor. carol. p.* 115.

368. ÆGOPODIUM. *Fructus* ovato-oblongus, striatus, utrinque attenuatus.

Podagraria. 1. ÆGOPODIUM. *Flor. dan. t.* 670. *Folia inferiora biternata; summa ternata.*

TRIGYNIA.

QUINCHAMALIUM. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5fida. *Caps.* 3locularis, polysperma.

chilense. 1. QUINCHAMALIUM. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 127.

GRISELINIA. *Cal* 5dentatus. *Germen* oblongum, 1spermum.

lucida. 1. GRISELINIA. *Forst. fl. austr. p.* 75. *charact. gen. p.* 70. *t.* 70.

1379. SEMECARPUS. *Cor.* 5petala. *Nux* supera cordata, 1sperma receptaculo grandi carnoso insistens.

Anacardium. 1. SEMECARPUS. *Suppl. p.* 182. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 40. *f.* 1.

369. RHUS. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Bacca* vel *Drupa* ficca 1fperma.

* *foliis pinnatis.*

Coriaria. 1. Rh. foliolis obtufiufcule ferratis ovalibus fubtus villofis. *Regnault bot. t.* 94.

typhinum. 2. Rh. foliolis argute ferratis lanceolatis fubtus tomentofis.

javanicum. 3. Rh. foliolis ovatis acuminatis ferratis fubtus tomentofis.

glabrum. 4. Rh. foliolis lanceolatis ferratis utrinque nudis. *Gifek. pl. ic.* 1. *t.* 5.

Hypfolodendron. 5. Rh. foliolis lanceolatis fubferratis, panicula compofita. *Moench Weiffenft. p.* 101.

Vernix. 6. Rh. foliolis integerrimis annuis opacis; petiolo integro æquali, floribus dioicis. *Dill. h. Elth. t.* 292. *f.* 377. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 2.

fuccedaneum. 7. Rh. foliolis integerrimis perennantibus lucidis: petiolo integro æquali. *Mant. p.* 221. *Kaempf. amoen. t. p.* 794. 795. *ic.*

copallinum. 8. Rh. foliolis integerrimis: petiolo membranaceo articulato. *Pluckn. alm. t.* 55. *f.* 1. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 2.

femialatum. 9. Rh. foliolis ferratis: petioli extimis internodiis membranaceis. *Murray Comm. Goett.* 1784. *ic.*

Metopium. 10. Rh. foliolis quinatis integerrimis fubrotundis glabris. *Sloan. hift. jam.* 2. *t.* 199. *f.* 3.

pauciflorum. 11. Rh. foliolis alternis decurrentibus cuneiformibus apice ferratis, panicula feffili pauciflora. *Suppl. p.* 183.

digitatum. 12. Rh. foliolis oblongis integerrimis glaberrimis, caule fcandente. *Suppl. p.* 184.

** *foliis ternatis.*

radicans. 13. Rh. foliolis petiolatis ovatis nudis integerrimis, caule radicante, floribus dioicis. *Du Hamel arbr.* 2. *t.* 98.

Toxicodendron. 14. Rh. foliolis petiolatis angulatis pubefcentibus, caule radicante, floribus dioicis monogynis. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 5. *Bulliard. herb. Franç. t.* 143. *Drupa corticofa* 1*locularis.*

Cominia. 15. Rh. foliolis petiolatis ovatis ſubtus tomentoſis remotiſſime ſerratis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 208. *f.* 1. *nonne potius alophylli ſpecies?*

Cobbe. 16. Rh. foliolis ovatis acuminatis ſerratis, pedunculis tomentoſis.

tomentoſum. 17. Rh. foliolis ſubpetiolatis rhombeis angulatis ſubtus tomentoſis. *Pluckn. alm. t.* 219. *f.* 7.

anguſtifolium. 18. Rh. foliolis petiolatis lineari-lanceolatis integerrimis ſubtus tomentoſis. *Burm. afr. t.* 91. *f.* 1.

viminale. 31. Rh. foliolis lineari-lanceolatis integerrimis glabris baſi attenuatis: intermedio ſubpetiolato. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 368.

ſuaveolens. 32. Rh. foliolis ſeſſilibus cuneiformi-rhombeis inciſo-ſerratis glabris. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 368.

aromaticum. 33. Rh. foliolis ſeſſilibus ovato-rhombeis inciſo-ſerratis piloſiuſculis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 367.

elegans. 30. Rh. foliolis lanceolatis ſerratis utrinque nudis, floribus dioicis. *Catesb. Carol. app. t.* 4.

lævigatum. 19. Rh. foliolis ſeſſilibus lanceolatis lævibus. *Sp. pl.* 1672.

lucidum. 20. Rh. foliolis ſeſſilibus cuneiformibus lævibus. *Burm. afr. t.* 91. *f.* 2.

villoſum. 21. Rh. foliolis ſeſſilibus ovatis integris pubeſcente-villoſis, caule pubeſcente. *Suppl. p.* 183.

inciſum. 22. Rh. foliolis ſeſſilibus cuneiformibus inciſo-pinnatifidis ſubtus tomentoſo-venoſis, calicibus tomentoſis. *Suppl. p.* 183.

cuneifolium. 23. Rh. foliolis ſeſſilibus cuneiformibus glaberrimis ſeptemdentatis: dentibus mucronatis. *Suppl. p.* 183.

lanceum. 24. Rh. foliolis lanceolato-ſubulatis elongatis utrinque glaberrimis. *Suppl. p.* 184.

cirrhifloſum. 25. Rh. foliolis integerrimis glabris, caule ſcandente. *Suppl. p.* 184.

tridentatum. 26. Rh. foliolis incanis ſerratis: ſerraturis tribus ad quinque, caule ſcandente. *Suppl. p.* 184.

*** *foliis ſimplicibus.*

Cotinus. 27. Rh. foliis obovatis. *Jacq. fl. auſtr.* 3. *t.* 210.

atrum. 28. Rh. foliis ovato-oblongis, floribus polygamis. *Forſt. flor. auſtr. p.* 23.

Sæneb. 29. Rh. foliis longe lanceolatis serratis, subtus tomentosis albis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 206.

370. VIBURNUM. *Cal.* 5partitus, superus. *Cor.* 5fida. *Drupa* 1locularis clausa 1pyrena.

Tinus. 1. V. foliis integerrimis ovatis: ramificationibus venarum subtus villoso-glandulosis. *Kniph. bot. orig. cent.* 1. *n.* 95. *Antrum corticosum*, 1loculare.

villosum. 2. V. foliis integerrimis ovatis subtus incano-villosis. *Swa[rtz] nov. pl. gen. & sp. p.* 54.

obovatum. 21. V. foliis integerrimis obovatis nitidis. *Walt. flor. carol. p.* 116.

tinoides. 3. V. foliis ellipticis glabris integerrimis, ramis cymisque teretibus hirsutis. *Suppl. p.* 184.

nudum. 4. V. foliis integerrimis lanceolato-ovatis. *Mill. ic.* 185. *t.* 274.

scandens. 5. V. foliis oblongis serratis, caule scandente, cymis terminalibus: radiis terminatis flore maximo. *Suppl. p.* 184.

virens. 6. V. foliis oblongis acuminatis apice serratis glabris, ramis scandentibus. *Thunb. fl. jap. p.* 123. *an distinctum a scandente?*

serratum. 7. V. foliis oblongis serratis basi integris subtus pallidis. *Thunb. fr. jap. p.* 124.

prunifolium. 8. V. foliis subrotundis crenato-serratis glabris. *Pluckn. alm. t.* 46. *f.* 2.

dentatum. 9. V. foliis ovatis dentato-serratis plicatis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 36.

Lantana. 10. V. foliis cordatis serratis venosis subtus tomentosis. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 141.

acerifolium. 11. V. foliis lobatis: petiolis lævibus.

Opulus. 12. V. foliis lobatis: petiolis glandulosis. *Fl. dan. t.* 661. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 27. *f.* 3. *Pomum* 5loculare.

Lentago. 13. V. foliis ovatis serrulatis acuminatis glabris: petiolis marginatis undulatis. *Moench Weissenst. t.* 8.

tomentosum. 14. V. foliis ovatis acuminatis serratis venosis subtus tomentosis, umbellis lateralibus. *Thunb. fl. jap. p.* 123.

erosum. 15. V. foliis ovatis acuminatis : petiolis tomentosis. *Thunb. fl. jap. p.* 124.

hirtum. 16. V. foliis ovatis serratis villosis : petiolis hirtis. *Thunb. fl. jap. p.* 124.

dilatatum. 17. V. foliis obovatis acuminatis inæqualiter dentatis villosis. *Thunb. fl. jap. p.* 124.

macrophyllum. 18. V. foliis obovatis acuminatis dentatis glabris. *Thunb. fl. jap. p.* 125.

cuspidatum. 19. V. foliis ovatis cuspidatis serratis villosis. *Thunb. fl. jap. p.* 125.

cassinoides. 20. V. foliis ovatis crenatis glabris : petiolis carinatis eglandulatis.

nitidum. 22. V. foliis lineari-lanceolatis subserratis supra nitidis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 371.

371. CASSINE. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Bacca* 3sperma.

capensis. 1. C. foliis petiolatis ovato-oblongis retusis crenatis. *Suppl. p.* 184. *Seb. muf.* 1. *t.* 29. *f.* 5.

Peragua. 2. C. foliis petiolatis serratis ellipticis acutiusculis, ramulis ancipitibus. *Mant. p.* 220. *Mill. ic. t.* 83. *f.* 1.

Maurocenia. 3. C. foliis sessilibus integerrimis obovatis coriaceis. *Dill. h. Elth. t.* 121. *f.* 147.

372. SAMBUCUS. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* regularis, semiquinquefida. *Drupa* succulenta, clausa, polypyrena.

Ebulus. 1. S. cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. *Curt. flor. Lond. t.* 213.

japonica. 2. S. cymis tripartitis, stipulis nullis, caule fruticoso. *Thunb. fl. jap. p.* 125.

canadensis. 3. S. cymis quinquepartitis, foliis subbipinnatis, caule frutescente.

nigra. 4. S. cymis quinquepartitis, foliis pinnatis: foliolis sub ovatis ferratis, caule arboreo. *Flor. dan. t.* 545.

laciniata. 5. S. cymis quinquepartitis, foliis bipinnatis: pinnis ter natis; foliolis lanceolatis incisis, caule arboreo. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 30.

racemosa. 6. S. racemis compositis ovatis, caule arboreo. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 81.

373. SPATHELEA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Dru pa* exsucca 3gona, 2-3locularis. *Semina* solitaria.

simplex. 1. SPHATELEA. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 171. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 4. *t.* 58. *f.* 3.

374. STAPHYLEA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Caps.* inflatæ; connatæ. *Semi na* (utplurimum) 2globosa, cum cicatrice, uncamentacea.

trifolia. 1. St. foliis ternatis.

pinnata. 2. St. foliis simpliciter pinnatis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* S. 1. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 5. *t.* 69. *f.* 1.

occidentalis. 3. St. foliis duplicato-pinnatis, seminibus solitariis. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 220. *f.* 1.

CURTISIA. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Nectar.* Glandula annularis subtriloba. *Caps.?* 3 approximatæ, 1loculares, 2spermæ.

Schreberi. 1. CURTISIA. *Schreb. gen. Linn.* 1. *p.* 199.

375. TAMARIX. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Caps.* 1locularis, 3valvis. *Semina* crinita.

gallica. 1. T. floribus pentandris, ramis squamatis: squamis ad ternis sessilibus. *Mill. ic. t.* 262. *f.* 1.

orientalis. 2. T. floribus pentandris, ramis ramulisque articulatis; vaginis cylindricis in squamam acuminatis. *Forsk. fl. æg. arab. p. 206. an vere distincta* a gallica?

africana. 3. T. floribus pentandris confertissimis, spicis crassis brevibus. *Poir. voy. en Barb. 2. p. 139.*

germanica. 4. T. floribus decandris. *Mill. ic. 262. f. 2. Flor. dan. t. 234.*

1292. XYLOPHYLLA. *Cal.* 5partitus, coloratus. *Cor.* o. *Stigmata* lacera. *Caps.* 3locularis. *Semina* gemina.

longifolia. 1. X. foliis linearibus, ramis tetragonis. *Mant. p. 221. Rumpf amb. 7. t. 12.*

montana. 2. X. foliis distichis lato-lanceolatis inciso-crenatis, ramis apice ancipitibus, floribus sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 28.*

latifolia. 3. X. foliis pinnatis lato-lanceolatis crenatis, floribus pedunculatis hermaphroditis hexandris femineisque mixtis. *Syst. nat. XII. 3. p. 620.* Phyllanthus Epiphyllanthus. *Catesb. Car. 2. t. 26. utrum potius phyllanthi species, an distincti generis?*

angustifolia. 4. X. foliis pinnatis lineari-lanceolatis lineatis crenatis, floribus pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 28.*

REICHELIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* campanulata, 5fida. *Antheræ* utrinque 2fidæ, recurvæ. *Caps.* supera, 3locularis, polysperma.

palustris. 1. REICHELIA. *Aubl. pl. guj. 1. p. 285. t. 111.*

1111. ASTRONIUM. *Flores* dioici. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala.
♀. *Semen.* 1.

graveolens. 1. ASTRONIUM. *Jacq. stirp. amer. pict. t. 262. f. 65.*

SALMASIA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5petala. *Stil.* 0. *Caps.* supera, 3gona, 3locularis, 3valvis, polysperma.

guianensis. 1. SALMASIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 287. *t.* 112.

1117. ZANONIA. *Flores* dioici. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 5partita.
♀. *Bacca* 3locularis, infera. *Semina* 2.

indica. 1. ZANONIA. *Rheed. h. malab.* 8. *t.* 47-49.

1118. FEUILLEA. *Flores* dioici. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5fida.
♂. *Nectarium* filamenta 5 conniventia.
♀. *Pomum* durum, 3loculare, corticosum.

trilobata. 1. F. foliis lobatis, subtus punctatis. *Spec. pl.* 1432. Trichosanthes punctata.

cordifolia. 2. F. foliis cordatis angulatis. *Plum. ic.* 209. *β*) 210.

1021. PASSIFLORA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Stamina* germini vicina. *Nectarium* multiradiatum. *Antrum* pedicellatum duplicatum 1loculare.

* *foliis indivisis.*

serratifolia. 1. P. foliis ovatis serratis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 10.

pallida. 2. P. foliis ovatis involucrisque integerrimis: petiolis biglandulosis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 218. *f.* 2.

laurifolia. 3. P. foliis ovatis integerrimis: petiolis biglandulosis, involucris dentatis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 162.

cuprea. 4. P foliis ovatis ſubintegerrimis: petiolis æqualibus. *Cateſb. car.* 2. *t.* 93.

adulterina. 5. P. foliis oblongo-ovalibus integris, floribus tubuloſis. *Suppl. p.* 403. *Mutis amer.* 1. *t.* 17. *Smith. pl. ic. ined.* 1. *t.* 24.

multiflora. 6. P. foliis oblongis integerrimis, floribus confertis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 221. *f.* 7.

maliformis. 7. P. foliis cordato-oblongis involucriſque integerrimis: petiolis biglanduloſis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 220. *f.* 5.

tiliæfolia. 8. P. foliis cordatis integerrimis: petiolis æqualibus. *Amœn. acad.* 1. *p.* 219. *f.* 4.

coccinea. 9. P. foliis cordatis ſerratis petiolatis glanduloſis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 828. *t.* 324.

quadrangularis. 10. P. foliis ſubcordatis ovalibus glabris multinerviis, petiolis glanduloſis, caule membranaceo-tetragono: ſtipulis ovali-lanceolatis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 218.

alata. 35. P. foliis ovatis ſubcordatis brevibus paucinerviis: petiolis glanduloſis, caule membranaceo tetragono, ſtipulis lanceolatis ſerratis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 306.

anguſtifolia. 11. P. foliis ſubcordatis lanceolatis integris: petiolis biglanduloſis, floribus ſolitariis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 97.

** *foliis bilobis.*

rubra. 12. P. foliis cordatis acuminatis ſubtus ſubtomentoſis. *Amœn. ac.* 1. *p.* 222. *f.* 9.

capſularis. 13. P. foliis cordatis oblongis petiolatis. *Plum. ic.* 138. *f.* 2.

perfoliata. 14. P. foliis oblongis tranſverſis amplexicaulibus petiolatis ſubtus tomentoſis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 222. *f.* 8.

normalis. 15. P. foliis baſi emarginatis: lobis linearibus obtuſis divaricatis; intermedio obſoleto mucronato.

Murucuja. 16. P. foliis obtuſis baſi indiviſis, nectariis monophyllis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 223. *f.* 10.

Veſpertilio. 17. P. foliis baſi rotundatis glanduloſiſque ſubtus punctatis: lobis acutis divaricatis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 223. *f.* 11.

*** *foliis trilobis.*

oblongata. 18. P. foliis ellipticis anterius ſubtrilobis ſubtus punctatis: lobis acutiuſculis; intermedio breviori. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 97.

rotundifolia. 19. P. foliis subtrilobis obtusis subrotundis subtus punctatis. *Jacq. obs. bot.* 2. *t.* 46. *f.* 1.

punctata. 20. P. foliis subtrilobis oblongis subtus punctatis: lobo intermedio minore. *Amœn. acad.* 1. *p.* 224. *f.* 12.

stipulata. 21. P. foliis acuminatis integerrimis: petiolis glandulosis, stipulis latis oblongis inferne productis acutis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 830.

lutea. 22. P. foliis cordatis æqualibus obtusis glabris: lobis ovatis integerrimis, petiolis eglandulosis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 22.

glauca. 36. P. foliis cordatis glabris: lobis ovatis æqualibus: petiolis glandulosis, stipulis semiovatis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 308.

fœtida. 23. P. foliis cordatis pilosis, involucris multifido-capillaribus. *Giseck pl. ic.* 1. *t.* 20. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 4. *t.* 60. *f.* 5. *Caps.* duplicata.

hirsuta. 24. P. foliis villosis: lobis oblongis integerrimis; intermedio productiore, petiolis biglandulosis, floribus oppositis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 227. *f.* 16.

suberosa. 25. P. foliis subpeltatis, cortice suberoso. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 163.

incarnata. 26. P. foliis serratis æqualibus: petiolis biglandulosis. *Moris. hist. pl.* 2. *t.* 1. *f.* 9.

ciliata. 38. P. foliis glabris ciliato-serratis: intermedio longissimo, petiolis eglandulosis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 310.

holosericea. 27. P. foliis basi utrinque denticulo reflexo. *Amœn. acad.* 1. *p.* 226. *f.* 15.

parviflora. 28. P. foliis glabris: lobis ovatis integris; intermedio productiore, petiolis biglandulosis, caule herbaceo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 97.

aurantia. 29. P. lobis parabolicis distantibus: medio productiore. *Forst. fl. austr. p.* 62.

minima. 30. P. foliis glabris: lobis integerrimis lanceolatis; intermedio longiore, petiolis biglandulosis, caule lævi inferne suberoso. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 20.

heterophylla. 37. P. foliis glabris integerrimis indivisis lineari-oblongis trilobisque: petiolis biglandulosis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 309.

mixta. 31. P. foliis trifidis serratis, floribus tubulosis. *Suppl. p.* 408. *Mut. amer.* 1. *t.* 16. *Smith plant. ic. ined.* 1. *t.* 25.

**** *foliis multifidis.*

cærulea. 32. P. foliis palmatis integerrimis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* P.
serrata. 33. P. foliis palmatis serratis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 231. *f.* 21.
pedata. 34. P. foliis pedatis serratis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 233. *f.* 22.

SUAEDA. *Cal.* carnosus 5fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1.

baccata. 1. S. foliis teretibus nitidis punctatis, fructu baccato. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 69.

hortensis. 2. S. foliis linearibus farinosis, calicibus fructus divergentibus. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 71.

vera. 3. S. foliis semiteretibus farinosis non punctatis, stigmatibus peltatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 69.

anonyma. 4. S. foliis oblongis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 69. *an vere distincta?*

vermiculata. 5. S. foliis carnosis ovato-subglobosis farinosis punctatis, stigmatibus subulatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 70.

fruticosa. 6. S. caule fruticoso, foliis sparsis carnosis linearibus utrinque convexis, stigmatibus subulatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 70.

monoica. 7. S. caule fruticoso diffuso, floribus masculis germine supra orbiculato. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 70.

376. TURNERA. *Cal.* 5fidus, infundibuliformis: exterior 2phyllus. *Petala* 5calici inserta. *Stigmata* multifida. *Caps.* 1locularis, 3valvis, supera, polysperma.

ulmifolia. 1. T. floribus sessilibus petiolaribus, foliis basi biglandulosis. *Mill. illustr. ic. Gaertn. de fr. & sem. cent.* 5. *t.* 76. *f.* 3. β) *Mill. ic. t.* 268. *f.* 2.

ſcandens. 16. M. foliis denticulatis ovatis acutis glabris, racemo terminali: ſpicis ſubſecundis, caule ſcandente. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 69.

montanum. 17. M. foliis denticulatis oblongis acutis glabriuſculis, racemo terminali: ſpicis patulis; petalis retuſis, calicibus truncatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 69.

Acinodendron. 18. M. foliis denticulatis ſubtrinerviis ovatis acutis. *Pluckn. mant.* 4. *t.* 159. *f.* 1.

† † *foliis triplinerviis.*

groſſularioides. 19. M. foliis denticulatis ovatis acuminatis. *Pluckn. alm. t.* 249. *f.* 4.

cinnamomifolium. 20. M. foliis ſubintegerrimis lanceolatis acuminatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 111. *t.* 6. *f.* 2.

ſeſſilifolium. 21. M. foliis integerrimis ſpatulatis ſeſſilibus ſubtus tomentoſis. *Brown. jam. t.* 24. *f.* 1. 2.

praſinum. 22. M. foliis integerrimis lato-lanceolatis glabris, panicula terminali patentiſſima. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 69.

††† *foliis quinquenerviis.*

criſpatum. 23. M. foliis integerrimis quaternis, ramis criſpatis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 35.

groſſum. 24. M. foliis integerrimis ſubcordatis ſcabris. *Suppl. p.* 236.

25. M.

lævigatum. 25. M. foliis integerrimis ovato-oblongis læviusculis acuminatis margine lævibus. *Sloan. hist. jam.* 2. t. 197. *f.* 1.

alatum. 26. M. foliis integerrimis ovato-oblongis subsessilibus tomentoso-incanis, racemis terminalibus trifloris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 410. *t.* 158.

succosum. 27. M. foliis integerrimis ovatis acutis supra asperis subtus tomentoso-incanis petiolatis, floribus congestis axillaribus subsessilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 418. *t.* 162.

arborescens. 28. M. foliis integerrimis ovatis glabris rigidis, petiolatis; racemis axillaribus oppositis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 420. *t.* 163.

malabathricum. 29. M. foliis integerrimis lanceolato-ovatis scabris. *Burm. zeyl. t.* 73.

flavescens. 30. M. foliis integerrimis ovato-oblongis petiolatis, supra flavescentibus subtus incanis, racemis axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 423. *t.* 164.

villosum. 31. M. foliis integerrimis ovatis acutis hirsutis sessilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 428. *t.* 168.

Taniboa. 32. M. foliis integerrimis ovatis acutis glabris petiolatis alternis, floribus sessilibus spicatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 448. *t.* 178.

Tamonea. 33. M. foliis integris oblongo-lanceolatis acutis subtus tomentoso-incanis, racemis compositis terminalibus: racemulis brachiatis; bracteis geminis. *Aubet. pl. guj. p.* 441. *t.* 175.

albicans. 34. M. foliis integris ovatis acutis supra glabris subtus tomentosis albido-ferrugineis, racemis terminalibus erectis: floribus confertis sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 70.

splendens. 35. M. foliis integris oblongis acuminatis utrinque glabris supra nitidis, paniculis terminalibus erectis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 70.

strigilosum. 36. M. foliis subdenticulatis subcordatis acuminatis supra strigoso-pilosis subtus tomentosis, racemis axillaribus solitariis: floribus pedicellatis confertis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 71.

argenteum. 37. M. foliis subdenticulatis ovatis glabris subtus tomentosis candidis, paniculis terminalibus patentibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 70.

rubescens. 38. M. foliis subdenticulatis ovato-oblongis acutis subpilosis petiolatis, caule ramisque hispidis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 402. *t.* 154.

racemosum. 39. M. foliis subdenticulatis ovatis acutis ciliatis petiolatis, floribus sessilibus racemosis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 406. *t.* 156.

rufescens. 40. M. foliis subdenticulatis cordatis acuminatis sessilibus, floribus congestis racemosis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 408. *t.* 157.

grandiflorum. 41. M. foliis subdenticulatis cordatis acuminatis pilosis petiolatis, corymbis axillaribus terminalibusque. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 414. *t.* 160.

rubrum. 42. M. foliis subdenticulatis cordatis acuminatis subsessilibus tomentosis, floribus solitariis ternisve axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 416. *t.* 161.

spicatum. 43. M. foliis subdenticulatis ovatis acutis utrinque ferrugineo-pilosis subsessilibus, spicis axillaribus terminalibusque. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 423. *t.* 165.

agreste. 44. M. foliis subdenticulatis ovato oblongis acutis villosis petiolatis, paniculis terminalibus axillaribusque. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 425. *t.* 166.

scandens. 45. M. foliis subdenticulatis ovatis acutis hirsutis petiolatis, corymbis terminalibus trifloris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 435. *t.* 172.

Tococa. 46. M. foliis subdenticulatis ovatis acutis pilosis petiolatis: petiolis inflatis perforatis, spica terminali verticillata. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 438. *t.* 174.

scabrosum. 47. M. foliis denticulatis cordatis scabris subtus tomentosis, ramis tomentoso-villosis. *Brown. jam. t.* 24. *f.* 3.

hirtum. 48. M. foliis denticulatis ovato-lanceolatis, caule hispido. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 197. *f.* 2.

impetiolare. 49. M. foliis denticulatis subsessilibus oblongis acuminatis coriaceis subtus tomentoso ferrugineis, paniculis terminalibus axillaribusque erectis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 70.

coriaceum. 50. M. foliis cartilagineo-denticulatis ovatis rugosis, ramis petiolisque strigosis, ramis paniculæ tetragonis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 70.

alatum. 51. M. foliis serrato-denticulatis oblongis coriaceis subtus ferrugineo-tomentosis, paniculis terminalibus patentibus: floribus sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 70.

Tibuchina. 52. M. foliis ſerrulatis ovato-acutis rigidis petiolatis ſquamuloſis, floribus axillaribus ſolitariis, terminalibus corymboſis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 446. *t.* 177.

Majeta. 53. M. foliis ſerrulatis ovatis acutis piloſis rufeſcentibus, ſubpetiolatis baſi tumidis, floribus ſeſſilibus axillaribus ſolitariis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 443. *t.* 176.

parviflorum. 54. M. foliis ſerrulatis ovato-oblongis glabris petiolatis, paniculis terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 433. *t.* 171.

fragile. 55. M. foliis ſerratis reticulatis, floribus ſecundis ſeſſilibus racemoſis. *Suppl. p.* 236. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 196. *f.* 1.

elegans. 56. M. foliis crenatis cordatis villoſis petiolatis; corymbis terminalibus axillaribusque. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 427. *t.* 167.

*** *floribus octandris.*

† *foliis trinerviis.*

octandrum. 57. M. foliis integerrimis ovatis glabris margine hiſpidis.

faſciculare. 58. M. foliis integris ovatis acutis ſcabris, ramis floriferis; floribus breviter pedunculatis conſertis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 71.

anguſtifolium. 59. M. foliis integris lineari-lanceolatis ſubtus incanis, ramis virgatis, panicula terminali: floribus erectis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 71.

purpuraſcens. 60. M. foliis integris oblongis acutis ſtrictis glaberrimis, racemis lateralibus patulis, floribus diſtinctis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 71.

alpinum. 61. M. foliis integris ovatis coriaceis glabris, pedunculis ſimplicibus trichotomis: floribus diſtinctis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 71.

hirtellum. 62. M. foliis margine hiſpido-piloſis, pedunculis breviſſimis axillaribus trifloris. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 72.

microphyllum. 63. M. foliis ſubdenticulatis ovatis obtuſis ſupra hiſpidis ſubtus tomentoſis, pedunculis trifidis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 72.

hirſutum. 64. M. foliis ſubdenticulatis lato-lanceolatis attenuatis hirſutis, pedunculis axillaribus trifloris divaricatis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 71.

glabratum. 65. M. foliis ſubdenticulatis ovatis acutis glabris coriaceis, pedunculis terminalibus ſolitariis unifloris. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 71.

capillare. 66. M. foliis subdenticulatis lato-lanceolatis attenuatis glabris, pedunculis capillaribus trifloris axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 71.*

rubens. 67. M. foliis denticulatis ovato-lanceolatis acuminatis glaberrimis, ramis petiolisque coloratis, racemis terminalibus: floribus confertis dioicis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 71.*

micranthum. 68. M. foliis denticulatis oblongis acutis glabris, racemis axillaribus reclinatis: floribus acuminatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 71.*

†† *foliis triplinerviis.*

virgatum. 69. M. foliis integris ovato-lanceolatis glaberrimis, ramis floriferis, racemis decussatis diffusis sparsis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 72.*

elæagroides. 70. M. foliis integris lato-lanceolatis, subtus albido-tomentosis, pedunculis terminalibus trichotomis: floribus solitariis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 72.*

††† *foliis quinquenerviis.*

discolor. 71. M. foliis integerrimis oblongo-ovatis glabris margine lævibus. *Jacq. stirp. amer. pict. t. 125.*

hispidum. 72. M. foliis subdenticulatis ovatis acutis supra strigoso-hirsutis, subtus reticulato-tomentosis, panicula terminali divaricata. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 72.*

umbrosum. 73. M. foliis denticulatis lato-ovatis utrinque hirtis, ramulis floriferis, racemis dichotomis patentibus: ramis petiolisque hirsutis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 72.*

pilosum. 74. M. foliis denticulatis oblongis acutis subtus hirsutis, racemis lateralibus hirsutis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 72.*

aquaticum. 75. M. foliis cordatis acutis crenulatis supra hirtis subtus lævibus, paniculis terminalibus trichotomis diffusis. *Aubl. pl. guj. p. 430. t. 169.*

**** *floribus tetrandris.*

tetrandrum. 76. M. foliis integris trinerviis oblongis acuminatis basi emarginatis glabris convexiusculis, racemo erecto terminali. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 72.*

CACUCIA. *Cal.* campanulatus, 5 dentatus, deciduus. *Petala* 5. *Bacca* subquinquangularis, utrinque acuta, 1 sperma.

coccinea. 1. CACUCIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 450. *t.* 179.

MURIRI. *Cal.* 5 dentatus. *Petala* 5 carnosa. *Filamenta* 10, quorum 5 corolla longiora. *Bacca* globosa, infera, 1 locularis, 4 sperma.

guianensis. 1. MURIRI. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 453. *t.* 180.

TRISTEMMA. *Cal.* 5 fidus, semisuperus, bifariam ciliatus. *Petala* 5 unguiculata. *Bacca* ovata, compressa, 5 locularis.

mauritianum. 1. TRISTEMMA: *Jussieu gen. plant. p.* 329.

545. KALMIA. *Cal.* 5 partitus. *Cor.* hypocrateriformis: limbo subtus 5 plicato. *Caps.* 5 locularis, polysperma.

latifolia. 1. K. foliis ovatis, corymbis terminalibus. *Trew. Ehret. t.* 38. *f.* 1.

polifolia. 2. K. foliis lanceolatis revolutis, corymbis terminalibus spicatis. *v. Wangenheim Schr. berl. Naturf.* 8. *p.* 129. *t.* 5.

glauca. 3. K. foliis oblongis lævigatis margine revolutis, corymbis terminalibus, ramulis ancipitibus. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 64. *t.* 8.

angustifolia. 4. K. foliis lanceolatis, corymbis lateralibus. *Trew. Ehret. t.* 38. *f.* 2.

hirsuta. 5. K. foliis lanceolatis hirsutis, floribus axillaribus solitariis. *Walt. flor. carol. p.* 131.

546. LEDUM. *Cal.* 5 fidus. *Cor.* plana, 5 partita. *Caps.* 5 locularis basi dehiscens.

palustre. 1. L. foliis linearibus, staminibus decem corolla longioribus. *Linn. diss.* 1775.

groenlandicum. 2. L. foliis ovalibus, staminibus decem corolla brevioribus. *Retz. fl. scand. prodr. p.* 436. *Flor. dan. t.* 567.

latifolium. 3. L. foliis ovatis integerrimis, floribus pentandris. *Jacq. coll.* 2. *p.* 308. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 36.

548. RHODODENDRUM. *Cal.* 5partitus. *Cor.* (sæpe) infundibuliformis. *Stam.* declinata. *Caps.* 5locularis, polysperma.

ferrugineum. 1. Rh. foliis glabris subtus leprosis, corollis infundibuliformibus. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 255.

dauricum. 2. Rh. foliis glabris punctatis nudis, corollis rotatis. *Pallas fl. ross. t.* 32.

chrysanthum. 3. Rh. foliis oblongis impunctatis supra scabris venosissimis, corolla rotata irregulari, gemma florifera ferrugineo-tomentosa. *Suppl. p.* 237. *Pallas flor. ross. t.* 30.

caucasium. 4. Rh. foliis ovatis scabris margine inflexis subtus tomentosis, umbellis terminalibus: bracteis elongatis. *Pallas fl. ross. t.* 31.

hirsutum. 5. Rh. foliis ciliatis nudis, corollis infundibuliformibus. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 98.

Chamæcistus. 6. Rh. foliis ciliatis subtus leprosis, corollis rotatis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 217.

camtschaticum. 7. Rh. foliis ciliatis utrinque glabris, corollis hypocrateriformibus. *Pallas flor. ross. t.* 33.

ponticum. 8. Rh. foliis nitidis lanceolatis utrinque glabris, racemis terminalibus. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 79.

maximum. 9. Rh. foliis nitidis ovalibus obtusis venosis: margine acuto reflexo, pedunculis unifloris. *Catesb. car.* 3. *t.* 17. *f.* 2. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 4. *t.* 63. *f.* 6.

Rhodora. 10. Rh. corollis tripetalis. *Sp. pl. p.* 561. Rhodora. *du Hamel sem. app.* 10. *t.* 27. *f.* 2. *nonne distinctum genus?*

549. ANDROMEDA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* magis minusve ovata: ore 5-fido *Caps.* 5locularis. *Sem.* pauca.

tetragona. 1. A. pedunculis solitariis lateralibus, corollis campanulatis, foliis oppositis imbricatis obtusis revolutis. *Flor. lapp. t.* 1. *f.* 4.

hypnoides. 2. A pedunculis solitariis terminalibus, corollis campanulatis, foliis confertis subulatis. *Flor. dan. t.* 10.

cerea. 3. A. pedunculis axillaribus diphyllis unifloris, foliis alternis ovatis serratis. *Suppl. p.* 238.

cærulea. 4. A. pedunculis aggregatis, corollis ovatis, foliis sparsis linearibus obtusis planis. *Flor. dan. t.* 57.

mariana. 5. A. pedunculis aggregatis, corollis cylindricis, foliis alternis ovatis integerrimis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 58.

fasciculata. 6. A. pedunculis aggregatis, foliis alternis ovato-lanceolatis obtusis subcrenulatis membranaceis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 73.

octandra. 7. A. pedunculis aggregatis, corollis cylindricis quadrifidis, foliis alternis ovato-lanceolatis integris membranaceis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 73.

jamaicensis. 8. A. pedunculis aggregatis, corollis ovatis diaphanis, foliis alternis lato-lanceolatis obtusis integris membranaceis subtus cinereis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 73.

ferruginea. 17. A. pedunculis aggregatis axillaribus, corollis subglobosis, foliis ellipticis integerrimis subtus squamoso-scariosis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 67.

polifolia. 9. A. umbellis terminalibus paucifloris, corollis ovatis nutantibus, foliis alternis lineari-lanceolatis revolutis. *Flor. dan. t.* 54.

ferruginota. 18. A. floribus aggregatis axillaribus terminalibusque, foliis rotundatis margine revolutis subtus ferrugineis. *Walt. flor. carol. p.* 138. *an distincta a ferruginea?*

nitida. 19. A. pedunculis aggregatis axillaribus, foliis alternis lanceolato-ovatis integris perennantibus. *Walt. flor. car. p.* 137.

Catesbæi. 20. A. racemis ovatis axillaribus, foliis alternis petiolatis ovato-lanceolatis serrulatis perennantibus. *Walt. fl. carol. p.* 137.

reticulata. 21. A. racemis ovatis axillaribus, foliis ovatis acuminatis crenulatis alternis petiolatis subtus reticulatis perennantibus. *Walt. flor. carol. p.* 138.

japonica. 10. A. racemis paniculatis: floribus subcylindricis bracteatis, foliis ellipticis reflexis apice serratis. *Thunb. fl. jap. p.* 181.

paniculata. 11. A. racemis secundis nudis paniculatis, corollis subcylindricis, foliis alternis oblongis crenulatis. *Catesb. car.* 2. *t.* 43.

arborea. 12. A. racemis secundis nudis, corollis rotundo-ovatis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 71.

racemosa. 13. A. racemis secundis bracteatis, corollis gibboso-cylindricis, foliis alternis oblongis serratis.

caliculata. 14. A. racemis secundis foliaceis, corollis subcylindricis, foliis alternis lanceolatis obtusis punctatis. *Buxb. comm. Petrop.* 1. *t.* 8. *f.* 1. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 4. *t.* 63. *f.* 5.

anastomosans. 15. A. racemis confertis foliaceis, foliis ovatis subserratis: subtus anastomosibus punctatis. *Suppl. p.* 237.

rupestris. 16. A. racemis simplicissimis, bracteatis, corollis campanulatis, foliis oblongis alternis serrulatis. *Suppl. p.* 237.

lucida. 17. A. racemis axillaribus solitariis: floribus pendulis subcylindricis, foliis integerrimis crenulatisque lanceolatis. *Jacq. collect.* 1. *p.* 95

550. EPIGÆA. *Cal. exterior* 3phyllus; *interior* 5-partitus. *Cor.* hypocrateriformis. *Caps.* 5locularis.

repens. 1. E. foliis cordato-ovatis integris planis asperis, corollis cylindricis. *Pluckn. alm. t.* 107. *f.* 1.

cordifolia. 2. E. foliis cordatis subrotundis serratis convexis hispidis rigidis, corollis ovatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 73.

551. GUALTHERIA. *Cal.* 2plex exterior 2phyllus, interior 5fidus. *Cor.* ovata. *Nectarium* mucronibus 10. *Capſ.* 5locularis, veſtita calice baccato colorato, polyſperma.

procumbens. 1. G. caule procumbente. *du Hamel arbr.* 1. *t.* 113. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 4. *t.* 63. *f.* 8.

antipoda. 2. G. foliis ſparſis ſubrotundis ſerrato-dentatis, caule fruticoſo diffuſo. *Forſt. fl. auſtr. p.* 34.

552. ARBUTUS. *Cal.* 5partitus. *Cor.* ovata: ore 5fido baſi pellucida. *Bacca* 5locularis, ſupera, polyſperma.

Unedo. 1. A. caule arboreo, foliis glabris obtuſe ſerratis, panicula terminali, baccis polyſpermis. *Suppl. p.* 238. *Knorr. del. hort.* 1. *t.* E. 1, a. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 4. *t.* 59. *f.* 4.

laurifolia. 2. A. caule arboreo, foliis oblongis utrinque acuminatis acute ſerratis glabris, racemis axillaribus ſecundis ſeſſilibus ſolitariis. *Suppl. p.* 238.

Andrachne. 3. A. caule arboreo, foliis glabris integerrimis ſerratiſque, baccis polyſpermis. *Ehret act. angl.* 1767. *t.* 6.

ferruginea. 4. A. caule arboreſcente, foliis oblongis obtuſis glabris integerrimis, racemis terminalibus. *Suppl. p.* 238.

mucronata. 5. A. caule fruticoſo, foliis alternis ovatis ſerratis mucronatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Suppl. p.* 239.

pumila. 6. A. caulibus diffuſis, foliis alternis diſtichis oblongis integerrimis, floribus lateralibus ſolitariis. *Suppl. p.* 239.

acadienſis. 7. A. caulibus procumbentibus, foliis ovatis ſubſerratis, floribus ſparſis, baccis polyſpermis.

alpina. 8. A. caulibus procumbentibus, foliis rugoſis ſerrulatis, piloſo-ciliatis. *Flor. dan. t.* 73.

Uva urſi. 9. A. caulibus procumbentibus, foliis oblongo-ovatis integerrimis ſubtus reticulatis. *Flor. dan. t.* 33.

13, 1. INOCARPUS. *Cal.* 2fidus. *Cor.* infundibuliformis. *Stamina* ferie duplici. *Drupa* 1fperma.

edulis. 1. INOCARPUS. *Suppl. p.* 239. *Forst. char. gen. t.* 33. *Rumpf amb.* 1. *t.* 65.

STRIGILIA. *Cal.* 5crenatus. *Cor.* 5partita. *Stam.* bafi coalita. *Stigm.* 3. *Capf.* 6locularis.

racemofa. 1. STRIGILIA. *Cavan. diff. bot.* 7. *p.* 358. *t.* 201.

553. CLETHRA. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Stigma* 3fidum. *Capf.* 3locularis. 3valvis.

alnifolia. 1. Cl. fruticofa, racemis fpicatis. *Jungh. pl. ic. cent.* 1. *t.* 32. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 4. *t.* 62. *f.* 2.

paniculata. 2. Cl. fruticofa, floribus paniculatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 73.

arborea. 3. Cl. arborea, racemis fpicatis, calicibus obtufis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 73.

554. PYROLA. *Cal.* 5partitus. *Petala* 5. *Capf.* 5-locularis, angulis dehifcens. *Sem.* arillata, plurima.

rotundifolia. 1. P. ftaminibus adfcendentibus, piftillo declinato. *Flor. dan. t.* 110. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 4. *t.* 63. *f.* 4.

minor. 2. P. floribus racemofis difperfis, ftaminibus piftillifque rectis. *Flor. dan. t.* 55.

fecunda. 3. P. racemo unilaterali. *Flor. dan. t.* 402.

umbellata. 4. P. pedunculis fubumbellatis.

maculata. 5. P. pedunculis bifloris. *Pluckn. mant. t.* 349. *f.* 4.

uniflora. 6. P. fcapo unifloro. *Flor. dan. t.* 8.

546. STYRAX. *Cal.* inferus, 5dentatus. *Cor.* infundibuliformis 5fida. *Drupa* matura, 1locularis, 1-2sperma.

officinale. 1. St. foliis ellipticis integris subtus tomentosis, racemis simplicibus. *Mill. ic. t.* 260. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 4. *t.* 59. *f.* 5. *Regn. bot. t.* 390.

grandifolium. 2. St. foliis obovatis subtus villosis, pedunculis inferioribus axillaribus solitariis unifloris. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 75.

Benzoin. 3. St. foliis oblongis acuminatis subtus tomentosis, racemis compositis longitudine foliorum. *Dryander act. angl. vol.* 77. 2. *p.* 307. *t.* 12. *ex hac benzoë.*

glabrum. 4. St. foliis subovatis glaberrimis denticulatis, floribus axillaribus cernuis. *Cavanill. diss. bot.* 6. *p.* 340. *n.* 500. *t.* 188. *f.* 1. *an monadelphum genus?*

543. SAMYDA. *Cal.* 5fidus, coloratus. *Cor.* 0. *Nectar. conic. truncatum* 10-18-dentatum. *Caps.* intus baccata, 4valvis, 1locularis. *Sem.* nidulantia.

* *floribus octandris.*

tomentosa. 1. S. foliis ovatis serratis, subtus tomentosis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 68.

* * *floribus decandris.*

villosa. 2. S. foliis oblongis subserratis basi obliquis sericeis subtus villosis, pedunculis solitariis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 68.

glabrata. 3. S. foliis ovato-lanceolatis integris nitidis, pedunculis axillaribus unifloris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 68.

spinescens. 4. S. floribus terminalibus, foliis lanceolato-ovatis obtusis crenatis glabris, ramis patulis spinescentibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 68.

viridiflora. 5. S. foliis oblongo-ovatis serrulatis subtus tomentosis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 402.

*** *floribus dodecandris.*

p[illegible] 6. S. foliis ovatis ſubtus tomentoſis.

[illegible] 7. S. foliis ovato-oblongis ſerrulatis. *Jacq. coll.* 2. *t.* 17. *f.* 1.

CASEARIA. *Cal.* 5phyllus deciduus. *Cor.* 0. *Nectar.* 4-5phyllum. *Filament.* 8-10. *Stigm.* capitatum. *Capſ.* coriacea, ſubrotunda, 3valvis, 1locularis, polyſperma.

nitida. 1. C. inermis, floribus octandris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 301. Samyda nitida. *Brown. jam. t.* 23. *f.* 3.

aculeata. 2. C. aculeata, floribus octandris. *Plum. ic.* 147. *f.* 1. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 301. Samyda ſpinoſa.

parviflora. 3. C. floribus decandris. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 301. Samyda parviflora. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 127.

SIMABA. *Cal.* 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Filamenta* 8-10. *Germin.* 4-5. *Stil.* 1. 4-5ſtriatus. *Stigm.* 4-5radiatum. *Capſ.* 4-5 1loculares, 1ſpermæ.

guianenſis. 1. SIMABA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 400. *t.* 153.

542. COPAIFERA. *Cal.* 0. *Petala* 4. *Legumen* ovatum. *Sem.* 1. arillo baccato.

officinalis. 1. COPAIFERA. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 123.

DETARIUM. *Cal.* 4fidus. *Cor.* 0. *Stamin.* alterna breviora. *Drupa* orbiculata farinacea: oſſiculum 1ſpermum fibris exterius undique reticulatum.

ſenegalenſe. 1. DETARIUM. *Juſſieu gen. plant. p.* 365.

1127. CARICA. *Flores* dioici.

♂. *Cal.* ſubnullus. *Cor.* 5fida; infundibuliformis. *Filamenta* in tubo corollæ, alterna breviora.

♀. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Stigm.* 5. *Bacca* 1locularis, polyſperma.

Papaya. 1. C. foliorum lobis ſinuatis. *Trew. Ehret. t.* 7.

Poſopoſa. 2. C. foliorum lobis integris. *Feuill. per.* 2. *t.* 39. *f.* 1.

ſpinoſa. 3. C. foliis digitatis: foliolis integerrimis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 908. *t.* 346.

SIPARUNA. *Flores* monoici. *Cor.* o.

♂. *Cal.* 4partitus. *Filamenta* 4-10 receptaculo inſerta.

♀. *Cal.* o. *Germen* ſubrotundum. *Stil.* ſtriatus. *Stigm.* 5 capillaria.

guianenſis. 1. SIPARUNA. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 865. *t.* 333.

1283. TERMINALIA. *Flores* mere maſculi intermiſti. *Cal.* 5partitus. *Cor.* o.

♀. *Drupa* infera, cymbiformis.

Catappa. 1. T. foliis obovatis integerrimis ſubtus tomentoſis. *Mant. p.* 128. 519. *Suppl. p.* 434. *Rumpf amb.* 1. *t.* 68.

latifolia. 2. T. foliis obovatis ſubſerratis, drupis carinoſis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 68.

herbula. 3. T. foliis ovatis integerrimis. *Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 31.

arbuſcula. 4. T. foliis ovato-lanceolatis integris pubeſcentibus, ramis dichotomis, racemis erectis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 68.

anguſtifolia. 5. T. foliis lanceolatis. *Syſt. veg.* XIII. *p.* 721. Croton Beuzoë. *Suppl. p.* 434. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 100.

CHUNCOA. *Cal.* 5fidus, limbo patens. *Capſ.* 1ſperma, 5gona: angulis alatis.

amazonia. 1. CHUNCOA. *Juſſieu gen. plant. p.* 76.

541. BUCIDA. *Cal.* 5dentatus, ſuperus. *Cor.* 0. *Bacca* 1ſperma.

Buceras. 1. BUCIDA. *Brown. jam. t.* 23. *f.* 1.

ANAVINGA. *Cal.* 5phyllus ſquamatus. *Cor.* 0. *Bacca* polyſperma.

exotica. 1. ANAVINGA. *la Marck encycl.* 1. *p.* 147.

REYNOUTRIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 0. *Filam.* breviſſima. *Germen* trigonum.

japonica. 1. REYNOUTRIA. *Houttuyn ſyſt. veget.* 6. *p.* 627.

MYROBALANIFERA. *Cal.* campanulatus, rotundatus. *Cor.* 0. *Drupa.*

fertilis. 1. MYROBALANIFERA. *Houttuyn ſyſt. veget.* 1. *p.* 667.

DIGYNIA.

555. ROYENA. *Cal.* urceolatus. *Cor.* 1petala: limbo revoluto. *Capſ.* 1locularis, 4valvis.

lucida. 1. R. foliis ovatis ſcabriuſculis. *Comm. hort. amſt.* 1. *t.* 96.

villoſa. 2. R. foliis cordatis oblongis ſubtus tomentoſis.

glabra. 3. R. foliis lanceolatis glabris. *Commel. h. amſt.* 1. *t.* 65.

hirſuta. 4. R. foliis lanceolatis hirſutis.

polyandra. 5. R. foliis ovatis ſubtus tomentoſis, floribus polyandris. *Suppl. p.* 240.

557. HYDRANGEA. *Capſ.* 2locularis, 2roſtris; infera, foramine inter ſtilos dehiſcens.

arboreſcens. 1. H. caule arboreo. *Gaertn. de fr. & ſem. cent. 2. t. 30. f. 7. Voy. ſuppl. pl. Ehr. ſel. t.* CVIII.

radiata. 2. H. caule ſuffruticoſo. *Walt. flor. carol. p.* 251.

THURARIA. *Cal.* tubuloſus. *Cor.* 1petala infundibuliformis, calice duplo longior. *Capſ.* 2locularis, 2ſperma.

chilenſis. 1. Thuraria. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 135.

ROKEJEKA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala, patens. *Stili* ad angulum rectum patuli. *Capſ.* 1locularis, 3ſperma.

deſerti. 1. Rokejeka. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 90.

556. CUNONIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Stili* flore longiores. *Capſ.* 2locularis, acuminata, polyſperma.

capenſis. 1. Cunonia. *Burm. afr. t.* 96.

537. TRIANTHEMA. *Cal.* ſub apice mucronatus. *Cor.* 0. *Stamina* 5-10. *Germen* retuſum. *Capſ.* duplicata, ſuperimpoſita.

monogynum. 1. Tr. floribus pentandris monogynis. *Mant. p.* 69. *Pluckn. alm. t.* 95. *f.* 4.

pentandrum. 2. Tr. floribus pentandris digynis. *Mant. p.* 70. *Pluckn. alm. t.* 104. *f.* 3.

decandrum. 3. Tr. floribus ſubdecandris digynis. *Mant. p.* 70. *Burm. ind. t.* 31. *f.* 3.

558. CHRYSOSPLENIUM. *Cal.* coloratus, 4-5fidus. *Cor.* 0. *Caps.* 2rostris, 1locularis, polysperma, semiinfera, semibivalvis.

alternifolium. 1. Chr. foliis alternis. *Flor. dan. t.* 366. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 7.

oppositifolium. 2. Chr. foliis oppositis. *Flor. dan. t.* 365.

559. SAXIFRAGA. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Caps.* infera 2rostris, 2locularis, polysperma, inter stilos foramine dehiscens.

* *foliis indivisis.*
† *caule subnudo.*

Cotyledon. 1. S. foliis radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-serratis, caule paniculato. *Flor. dan. t.* 241. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 36. *f.* 4.

Aizoon. 2. S. foliis radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-serratis, caule subracemoso, calice glabro. *Jacq. fl. austr.* 5. *t.* 438.

mutata. 3. S. foliis radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-serratis, caule racemoso folioso, calice villoso viscido, petalis lanceolatis aurantiis. *Haller hist. stirp. helv.* 1. *t.* 16.

media. 44. S. foliis radicalibus aggregatis ligulatis cartilagineis margine supra punctatis, caule racemoso. *Gouan ill.*

sedoides. 4. S. foliis aggregatis alternis oppositisque sublanceolatis, flore pedunculato. *Seg. pl. veron. t.* 9. *f.* 4.

cæsia. 5. S. foliis aggregatis linearibus perforato-punctatis recurvatis, caule multifloro. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 374.

burseriana. 6. S. foliis aggregatis imbricatis triquetris subulatis lævibus, caule unifloro. *Wulfen apud Jacq. misc. austr.* 1. *t.* 17. *f.* 3.

9. S.

bronchialis. 7. S. foliis imbricatis ſubulatis ciliatis ſpinoſis, caule multifloro. *Gmel. flor. ſib.* 4. *t.* 65. *f.* 2.

tenella. 8. S. foliis lineari-ſubulatis ciliatis ſpinula terminatis, caulibus erectis paucifloris; ſtolonibus e latere cauliferis. *Wulff. ap. Jacq. coll.* 3. *p.* 144. *t.* 17.

bryoides. 9. S. foliis imbricatis ciliatis inflexis, caule nudiuſculo multifloro. *Mant. p.* 383. *Scopol. fl. carn. ed.* 2. *t.* 15.

androſacea. 10. S. foliis lanceolatis obtuſis piloſis, caule nudo bifloro. *Jacq. fl. auſtr.* 4. *t.* 389.

penſylvanica. 11. S. foliis lanceolatis denticulatis, caule nudo paniculato, floribus ſubcapitatis. *Dill. h. Elth. t.* 253. *f.* 328.

ſtellaris. 12. S. foliis ſerratis ſubcuneiformibus obovato-oblongis, caule nudo ramoſo, petalis lanceolatis biguttatis. *Flor. dan. t.* 23. *Wulfen apud Jacq. coll.* 1. *p.* 202. *t.* 13.

craſſifolia. 13. S. foliis ovalibus retuſis obſoleto-ſerratis petiolatis, caule nudo, panicula conglomerata. *Linn. dec.* 2. *t.* 14.

nivalis. 14. S. foliis ovatis crenatis ſubſeſſilibus, caule nudo, floribus congeſtis. *Flor. dan. t.* 28.

ſarmentoſa. 15. S. foliis radicalibus ſubrotundis cordatis crenatis, ſarmentis axillaribus radicantibus, racemo compoſito: corolla irregulari. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 1. *t.* 15. *Murray comm. Goett.* 1781. *t.* 1.

hirſuta. 16. S. foliis cordato-ovalibus retuſis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Magn. h. monſp. t.* 87.

umbroſa. 17. S. foliis ovatis ſubretuſis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Mill. ic.* 141. *f.* 2.

punctata. 18. S. foliis ſubrotundis dentatis longius petiolatis, caule nudo. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 9. *f.* 17.

Geum. 19. S. foliis reniformibus dentatis, caule nudo paniculato. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 9. *f.* 12.

cuneifolia. 20. S. foliis cuneiformibus obtuſiſſimis repandis, caule nudo paniculato. *Geſn. faſc.* 19. *t.* 12. *f.* 37.

†† *caule folioſo.*

muſcoides. 21. S. foliis radicalibus aggregatis linearibus integris trifidiſque, ſcapo gracili ſuberecto paucifloro: floribus ſubſeſſilibus. *Jacq. miſc. auſtr.* 2. *p.* 125.

oppoſitifolia. 22. S. foliis caulinis oppoſitis imbricatis: ſummis ciliatis. *Flor. dan. t.* 34. β) *Geſn. faſc.* 26. *t.* 9. *f.* 3.

biflora. 45. S. foliis imbricatis ovatis, caulibus reptantibus bifloris. *Allion. fl. pedem. t. 21. f. 1.*

trichodes. 46. S. foliis lanceolatis villosis, caulibus prostratis, pedunculis filiformibus subunifloris. *Allion. flor. pedem. t. 61. f. 2.*

aspera. 23. S. foliis caulinis lanceolatis alternis ciliatis, caulibus procumbentibus. *Mant. p. 383. Jacq. fl. austr. 5. app. t. 31.*

Hirculus. 24. S. foliis caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. *Mant. p. 383. Flor. dan. t. 200.*

aizoides. 25. S. foliis caulinis lineari-subulatis sparsis nudis inermibus, caulibus decumbentibus. *Mant. p. 383. Flor. dan. t. 72. Folia interdum ciliata; an vere species distincta ab autumnali?*

autumnalis. 26. S. foliis caulinis linearibus alternis ciliatis, radicalibus aggregatis. *Scop. fl. carn. ed. 2. t. 14.*

retusa. 47. S. propaginibus prostratis, foliis oppositis quadrifariam imbricatis punctatis triquetris acutis, floribus terminalibus geminatis. *Gouan. illustr. t. 18. f. 1.*

Clusii. 48. S. foliis cuneiformibus subdentatis caule paniculato. *Gouan. illustr.*

rotundifolia. 27. S. foliis caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caule paniculato. *Gesn. fasc. 15. t. 10. f. 25. Bulliard herb. Franc. t. 327.*

** *foliis lobatis.*

† *caulibus erectis.*

granulata. 28. S. foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. *Flor. dan. t. 514.*

bulbifera. 29. S. foliis palmato-lobatis: caulinis sessilibus, caule ramoso bulbifero. *Morif. hist. pl. 3. t. 9. f. 24.*

cernua. 30. S. foliis caulinis palmatis petiolatis, caule simplicissimo unifloro bulbifero. *Flor. dan. t. 22.*

rivularis. 31. S. foliis caulinis palmatis: summo florali ovato, caule simplici subbifloro. *Flor. dan. t. 118.*

sibirica. 32. S. foliis caulinis reniformibus palmatis pilosis, caule pedunculisque filiformibus.

ajugifolia. 33. S. foliis radicalibus palmato-quinquepartitis, caulinis linearibus indivisis, caulibus adscendentibus multifloris.

exarata. 49. S. foliis palmato-trifidis supra lineatis hirsutis, caule adscendente multifloro: petalis trinerviis. *Allion. flor. pedem. t. 88. f. 2.*

groenlandica. 34. S. foliis caulinis palmato-multifidis sparsis : laciniis acutis. *Gunn. fl. norw. t. 7. f. 1. an mera cespitosæ varietas?*

tridactylites. 35. S. foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule ramoso. *Curt. flor. Lond. t. 129. β) foliis omnibus lanceolatis integerrimis. Retz. obs. bot. 1. p. 18.*

adscendens. 36. S. caule firmo foliisque subcoriaceis cuneiformibus villoso-viscidis : apice tri-vel quinquedentatis. *Mant. p. 384. Wulfen apud Jacq. coll. 1. p. 197. t. 11. 12. f. 1. 2.*

geranioides. 37. S. foliis radicalibus reniformibus quinquelobis multifidis : caulinis linearibus, caule ramoso. *Gouan. ill. t. 18. f. 2.*

moschata. 38. S. foliis radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque una cum caule glutinosis hirsutis, floribus longe pedunculatis. *Jacq. misc. austr. 2. p. 128.*

cespitosa. 39. S. foliis radicatis aggregatis linearibus integris trifidisque, caule subbifloro. *Mant. p. 383. Flor. dan. t. 71.*

hypnoides. 40. S. foliis caulinis linearibus integris trifidisque, stolonibus procumbentibus, caule nudiusculo. *Flor. dan. t. 348.*

pedemontana. 50. S. foliis trilobis tridentatisque : caulinis palmatis, caule subnudo. *Allion. flor. pedem. t. 21. f. 5. 6.*

† † *caulibus procumbentibus.*

orientalis. 51. S. foliis radicalibus ramisque subseptemlobis : summis integerrimis bifidisque, caule ramosissimo basi decumbente. *Jacq. obs. bot. 2. t. 34.*

cymbalaria. 41. S. foliis caulinis cordatis trilobis integrisque. *Buxb. cent. 2. t. 45. f. 2.*

hederacea. 42. S. caulinis ovatis lobatis, caule filiformi flaccido.

petræa. 43. S. foliis petiolatis palmato-tripartitis : laciniis subtrifidis, caule flaccido ramosissimo decumbente, pedunculis longissimis unifloris : petalis emarginatis. *Plukn. phyt. t. 222. f. 3. Gouan. obs. t. 18. f. 3.*

† † † *caule nullo.*

Bellardi. 52. S. foliis cuneiformibus subquinquelobis. *Allion. flor. pedem. t. 88. f. 1.*

560. TIARELLA. *Cal.* 5partitus. *Cor.* calici inserta, 5petala : petalis integris. *Capf.* 1locularis, 2valvis : valva altera majore.

cordifolia. 1. T. scapo aphyllo, foliis cordatis sublobatis. *Herm. par. bot. t.* 129.

unifolia. 2. T. caule unifolio, foliis cordatis integris. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 30.

trifoliata. 3. T. foliis ternatis.

561. MITELLA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* calici inserta, 5petala : petalis pinnatifidis. *Capf.* supera, 1locularis, semibivalvis : valvis æqualibus.

diphylla. 1. M. scapo diphyllo. *Mentz. pug. t.* 10. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 6.

nuda. 2. M. scapo nudo. *Gmel. flor. sib.* 4. *t.* 63. *f.* 2.

562. SCLERANTHUS. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1. calici inclusum.

polycarpos. 1. Scl. calicibus fructus patentissimis spinosis, caulibus subvillosis. *Col. ecphr.* 1. *t.* 294.

annuus. 2. Scl. calicibus fructus patulis inermibus. *Flor. dan. t.* 504.

perennis. 3. Scl. calicibus fructus clausis. *Flor. dan. t.* 563.

563. GYPSOPHILA. *Cal.* 1phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5 ovata, sessilia. *Capf.* globosa, 1locularis.

perfoliata. 1. G. foliis ovato-lanceolatis semiamplexicaulibus. *Dill. h. Elth. t.* 276. *f.* 357. *β) Gypsophyla tomentosa. Syst. nat.* XII. 3. *p.* 306. *Barr. pl. rar. ic. t.* 1002.

prostrata. 2. G. foliis lanceolatis lævibus, caulibus diffusis, pistillis corolla campanulata longioribus. *Pluckn. alm. t.* 75. *f.* 2.

viſcoſa. 3. G. foliis lanceolatis, internodiis caulis ramorum pedunculorumque medio viſcoſis, petalis emarginatis. *Murray comm. Goett.* 1783. *t.* 3.

repens. 4. G. foliis lanceolatis, ſtaminibus corolla emarginata brevioribus. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 407.

paniculata. 5. G. foliis lanceolatis ſcabris, floribus dioicis: corollis revolutis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 1.

altiſſima. 6. G. foliis lanceolatis ſubtrinerviis, caulibus erectis. *Gmel. flor. ſib.* 4. *t.* 60.

adſcendens. 7. G. foliis lanceolato-linearibus, caulibus proſtratis, ſtaminibus piſtilliſque corollam æquantibus. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 138.

faſtigiata. 8. G. foliis lanceolato-linearibus obſolete triquetris lævibus obtuſis ſecundis. *Gmel. flor. ſib.* 4. *t.* 61. *f.* 1.

ſtruthium. 9. G. foliis linearibus carnoſis: axillaribus confertis teretibus. *Barr. pl. rar. ic. t.* 119.

muralis. 10. G. foliis linearibus planis, calicibus aphyllis, caule multiplicato-dichotomo ramoſiſſimo, petalis crenulatis. *Mentz. pug. t.* 7. *f.* 4.

rigida. 11. G. foliis linearibus planis, caule dichotomo, pedunculis bifloris, petalis emarginatis.

alpina. 12. G. foliis linearibus ſeſſilibus: caulinis oppoſitis connatis, caule ramoſo, pedunculis axillaribus unifloris: calice petalis integerrimis minore. *Hablize apud S. G. Gmelin it.* 4. *p.* 178.

ſaxifraga. 13. G. foliis linearibus, calicibus ſquamis quatuor: petalis emarginatis. *Barrel. pl. rar. ic. t.* 998.

564. SAPONARIA. *Cal.* 1phyllus, nudus. *Petala* 5 unguiculata. *Capſ.* oblonga, 1locularis.

officinalis. 1. S. caulibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Curt. flor. Lond. t.* 102.

porrigens. 2. S. calicibus cylindricis pubeſcentibus, ramis divaricatiſſimis, capſulis pendulis. *Mant. p.* 239. *Syſt. nat.* XII. 4. *p.* 230. *Silene porrigens. Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 109.

ocymoides. 3 S. calicibus cylindricis villoſis, caulibus dichotomis procumbentibus. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *app. t.* 23.

orientalis. 4. S. calicibus cylindricis villosis, caule dichotomo erecto patulo. *Dill. h. Elth. t. 167. f. 204.*

illyrica. 5. S. calicibus subcylindricis, caule erecto viscido-purpurascente: ramis alternis, corollis punctatis. *Mant. p. 70. Ard. spec. 2. t. 9.*

lutea. 6. S. calicibus teretibus, corollis coronatis, floribus subumbellatis, foliis sublinearibus canaliculatis. *Allion. fl. pedem. t. 5. f. 2.*

Vaccaria. 7. S. calicibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis sessilibus. *Tabern. Kræuterb. p. 866.*

cretica. 8. S. calicibus quinquangularibus striatis, caule erecto subdichotomo, foliis subulatis. *Alp. exot. t. 291.*

565. DIANTHUS. *Cal.* cylindricus, 1phyllus: basi squamis 2-8. *Petala* 5 unguiculata. *Caps.* cylindrica, 1locularis.

* *caule herbaceo.*

† *multifloro.*

‡ *floribus aggregatis.*

barbatus. 1. D. floribus fasciculatis: squamis calicinis ovato-subulatis tubum æquantibus, foliis lanceolatis.

japonicus. 2. D. floribus fasciculatis: squamis calicinis acutis ciliatis tubo brevioribus. *Thunb. flor. japon. p. 183.*

Armeria. 3. D. floribus fasciculatis: squamis calicinis lanceolatis villosis tubum æquantibus. *Flor. dan. t. 230.*

prolifer. 4. D. floribus capitatis: squamis calicinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus. *Flor. dan. t. 221.*

ferrugineus. 5. D. petalis bifidis: laciniis tridentatis. *Mant. p. 563. Barr. pl. rar. ic. t. 497.*

carolinianus. 26. D. pedunculis elongatis, squamis calicinis tubo dimidio longioribus. *Walt. flor. carol. p. 140.*

atrorubens. 28. D. squamis calicinis ovatis aristatis tubo brevioribus, foliis connatis striatis. *Allion. flor. pedem.*

carthusianorum. 6. D. floribus subaggregatis, squamis calicinis ovatis aristatis tubum subæquantibus, foliis trinerviis. *Loes. fl. pruss. f. 7.*

†† *floribus solitariis.*

glaucus. 7. D. floribus subsolitariis : squamis calicinis lanceolatis quaternis brevibus, corollis crenatis. *Dill. h. Elth.* t. 298. f. 348.

albens. 27. D. squamis calicinis lanceolatis quaternis brevibus, corollis emarginatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 90.

Caryophyllus. 8. D. squamis calicinis subovatis brevissimis, corollis crenatis. *Regn. bot. t.* 117. *Blackw. herb. t.* 85. *Knorr del. hort.* 1. *t.* N. 10-12.

diminutus. 9. D. squamis calicinis octonis florem superantibus. *Tabern. Kræuterb. p.* 290.

pomeridianus. 10. D. squamis calicinis binis cordatis brevissimis, corollis emarginatis subintegerrimis. *Sp. pl. p.* 1673.

deltoides. 11. D. squamis calicinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *Flor. dan. t.* 577.

rupestris. 12. D. squamis calicinis obtusissimis binis, petalis crenatis. *Suppl. p.* 240. *Clus. hist.* 1. *p.* 282. *ic.*

sinensis. 13. D. squamis calicinis subulatis patulis tubum æquantibus, corollis crenatis. *Mill. ic.* 81. *f.* 2.

monspeliacus. 14. D. squamis calicinis subulatis tubum æquantibus, corollis multifidis, caule erecto.

plumarius. 15. D. squamis calicinis subovatis brevissimis, corollis multifidis fauce pubescentibus.

moschatus. 16. D. squamis ovato-obtusis, corollis profunde multifidis, foliis filiformibus subulatis. *Joh. Mayer boehm. Abh.* 1787. *p.* 318.

superbus. 17. D. floribus paniculatis, squamis calicinis brevibus acuminatis, corollis multifido-capillaribus, caule erecto. *Fl. dan. t.* 578.

glacialis. 18. D. floribus subacaulibus, squamis calicinis elongatis acuminatis tubum superantibus, foliis linearibus florem superantibus. *Haenk. ap. Jacq. coll.* 1. *p.* 84.

†† *caule unifloro.*

arenarius. 19. D. caulibus subunifloris, squamis calicinis ovatis obtusis, petalis multifidis, foliis linearibus.

silvestris. 20. D. caulibus subunifloris, squamis calicinis subovatis brevissimis, corollis crenatis, foliis rigidis subulatis supra sulcatis. *Wulfen apud Jacq. coll.* 1. *p.* 237.

virgineus. 21. D. caule subunifloro, corollis crenatis, squamis calicinis brevissimis, foliis subulatis. *Jacq. fl. austr. 5. app. t. 15.*

alpinus. 22. D. corollis crenatis, squamis calicinis exterioribus tubum æquantibus, foliis linearibus obtusis. *Jacq. fl. austr. 1. t. 52.*

* * *caule fruticoso.*

pungens. 23. D. caule suffruticoso, foliis lineari-subulatis, petalis integris. *Mant. p. 240.*

arboreus. 24. D. foliis subulatis, petalis serratis. *Alp. exot. t. 38.*

fruticosus. 25. D. foliis lanceolatis. *Tournef. it. 1. t. 9.*

TRIGYNIA.

566. CUCUBALUS. *Cal.* inflatus. *Petala* 5 (rarius plura) unguiculata, absque corona ad faucem. *Caps.* 3locularis.

bacciferus. 1. C. calicibus campanulatis, petalis distantibus, pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. *Gmel. act. Petrop. 1759. t. 17. f. 1. Gaertn. de fr. & sem. cent. 5. t. 77. f. 7.*

Behen. 2. C. calicibus subglobosis glabris reticulato-venosis, corollis subnudis. *Flor. dan. t. 857.*

glutinosus. 3. C. calicibus clavatis, petalis bipartitis, genitalibus rectis, panicula dichotoma patentissima. *Retz. obs. bot. 2. p. 18.*

italicus. 4. C. calicibus clavatis, petalis semibifidis, genitalibus declinatis, panicula dichotoma erecta, caule erecto. *Jacq. obs. bot. 4. t. 97.*

mollissimus. 5. C. petalis semibifidis, panicula dichotoma, caule foliisque holosericeis: radicalibus spatulatis. *Mant. p. 385. Bocc. mus. t. 118?*

procumbens. 6. C. petalis semibifidis, panicula dichotoma: floribus singulis pedicellatis. *S. G. Gmel. it. 3. p. 309. an distincta species?*

saxifragus. 7. C. petalis bifidis, calicibus striatis: terminalibus subsessilibus; lateralibus pedunculatis. *Mant. p. 71. Schreb. dec. 9. t. 5.*

fruticulosus. 8. C. petalis bifidis, calicibus cylindrico-ventricosis scabris decemstriatis, foliis linearibus acutissimis. *Pallas it.* 2. *p.* 739. *t.* T.

tataricus. 9. C. petalis bipartitis, floribus secundis decumbentibus, pedunculis oppositis solitariis erectis, caule simplicissimo.

catholicus. 10. C. petalis bipartitis, staminibus longis, floribus paniculatis, foliis lanceolato-ovatis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 59.

reflexus. 11. C. petalis subbipartitis obsoletis, floribus spicatis alternis subsessilibus. *Magn. fl. monsp. t.* 170.

sibiricus. 12. C. petalis emarginatis, floribus subverticillatis: verticillis umbellatis aphyllis. *Hall. comm. goett.* 1. *p.* 150. *ic.*

aegyptiacus. 13. C. petalis emarginatis retroflexis: utrinque denticulo notatis, floribus erectis. *Mant. p.* 385.

Otites. 14. C. floribus dioicis: petalis linearibus indivisis. *Flor. dan. t.* 518.

viscosus. 15. C. floribus lateralibus undique decumbentibus, caule indiviso, foliis basi reflexis. *Tournef. it.* 2. *t.* 361.

polypetalus. 16. C. foliis oppositis ovato-lanceolatis, floribus polypetalis. *Walt. flor. carol. p.* 141.

pumilis. 17. C. caulibus unifloris flore brevioribus. *Mant. p.* 71. *Jacq. fl. austr.* 5. *app. t.* 2.

fabarius. 18. C. foliis obovatis carnosis. *Bocc. mus. t.* 92.

stellatus. 19. C. foliis quaternis.

567. SILENE. *Cal.* ventricosus. *Petala* 5 unguiculata, ad faucem coronata. *Caps.* 1–3locularis.

* *floribus lateralibus.*

† *solitariis.*

lusitanica. 1. S. hirsuta, petalis dentatis indivisis, floribus erectis, fructibus divaricato-reflexis alternis. *Dill. h. Elth. t.* 311. *f.* 401.

anglica. 2. S. hirsuta, petalis emarginatis, floribus erectis, fructibus reflexis pedunculatis alternis. *Curt. flor. Lond. t.* 266.

cerastoides. 3. S. hirsuta, petalis emarginatis, fructificationibus erectis, calicibus subsessilibus subpilosis. *Dill. h. Elth. t.* 309. *f.* 307.

villosa. 4. S. hirsuta, petalis bifidis oblongis basi connatis, foliis lanceolatis sessilibus. *Forsk. fl. æg. arab. p. 88.*

cuneifolia. 5. S. villosa, petalis integris crenulatis, foliis cuneiformibus basi ciliatis. *Forsk. fl. æg. arab. p. 210.*

succulenta. 6. S. petalis bifidis, floribus pedunculatis, foliis carnosis ovalibus villosis sessilibus subviscidis confertis patentissimis. *Forsk. fl. æg. arab. p. 89.*

nocturna. 7. S. petalis bifidis, floribus spicatis alternis secundis sessilibus. *Dill. h. Elth. t. 310. f. 400.*

ægyptiaca. 8. S. petalis emarginatis, utrinque dentatis, foliis subtomentosis. *Suppl. p. 241.*

gallica. 9. S. petalis indivisis, floribus subspicatis alternis secundis, fructibus erectis. *Dill. h. Elth. t. 310. f. 399.*

quinquevulnera. 10. S. petalis integerrimis subrotundis, fructibus erectis alternis.

pumilio. 11. S. caulibus unifloris, floribus maximis: calice subcoriaceo ventricoso-campanulato hirsuto. *Wulfen. ap. Jacq. coll. 2. p. 126. t. 10.*

Smithii. 12. S. calicibus glabris clavatis, petalis semibifidis, foliis glaucis: inferioribus ovatis; summis cordatis amplexicaulibus. *Smith plant. ic. ined. 1. t. 13.*

latifolia. 48. S. calicibus clavatis: petalis bifidis, foliis ovatis acuminatis lævibus. *Poir. voy. en Barb. 2. p. 165.*

colorata. 49. S. calicibus alternis coloratis, petalis bifidis, foliis spatulatis. *Poir. voy. en Barb. 2. p. 163.*

sedoides. 50. S. floribus pedunculatis, caule viscoso humili dichotomo. *Poir. voy. en Barb. 2. p. 164.*

†† *floribus confertis.*

involuta. 13. S. petalis apice bifidis, foliis lanceolato-linearibus sessilibus ciliatis subtus tomentosis. *Forsk. fl. æg. arab. p. 210.*

mutabilis. 14. S. petalis bifidis, calicibus angulatis pedunculatis, foliis lanceolato-linearibus.

nutans. 15. S. petalis bifidis, floribus lateralibus secundis cernuis, panicula nutante. *Flor. dan. t. 242.*

amœna. 16. S. petalis bifidis: coronula subcoadunata, floribus secundis, pedunculis oppositis trifloris, ramis alternis. *Moris. hist. pl. 2. t. 20. f. 2.*

paradoxa. 17. S. petalis bifidis, calicibus decemſulcatis viſcidis, floribus racemoſis: aliis ſtaminibus exſertis, aliis incluſis. *Sp. pl. p.* 1673. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 84.

fruticoſa. 18. S. petalis bifidis, caule fruticoſo, foliis lato-lanceolatis, panicula trichotoma. *Bocc. ſic. t.* 30.

bupleuroides. 19. S. petalis bifidis, floribus pedunculatis oppoſitis bractea brevioribus, foliis lanceolatis acutis glabris. *Tour. neſ. it.* 2. *t.* 154.

gigantea. 20. S. petalis bifidis, foliis radicalibus cochleariformibus obtuſiſſimis, floribus ſubverticillatis. *Walth. hort. t.* 11.

viridiflora. 21. S. petalis ſemibifidis, foliis ovatis ſcabriuſculis acutis, panicula elongata ſubaphylla. *Herm. parad. lugdb. t.* 99.

craſſifolia. 22. S. petalis emarginatis, foliis ſuborbiculatis carnoſis hirſutis, racemo ſecundo.

* * *floribus ex dichotomia caulis.*

Armeria. 23. S. petalis integris, floribus faſciculatis faſtigiatis, foliis ſuperioribus cordatis glabris. *Flor. dan. t.* 559.

1158. MIMOSA. *Flores* mere mafculi reliquis interfiti. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5fida. *Stamina* 5-100. *Legumen.*

PARALEA. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 4partita carnofa: tubo 4gono. *Peric.* - - -

MADHUCA. *Cal.* femiquadrifid. fuperne imbricatus. *Cor.* tubo inflato, fquamis 9 imbricatis intus aucta. *Antheræ* feffiles. *Drupa* 2-3locularis: loculis 1fpermis.

1228. CARYOTA. *Flores* monoici. *Cal.* communis. *Cor.* 3partita.
♀. *Bacca* 2fperma.

corolla bivalvi.

PARIANA. *Flores* monoici. *Cal.* Gluma 1flora, 2valvis.
♂. *Filamenta* circiter 40.
♀. *Germen* ovato trigonum. *Stigm.* 2villofa. *Sem.* 1. 3gonum.

†††† *corolla tripetala.*

1313. TRILIX. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

DOLIOCARPUS. *Cal.* 5phyllus, perſiſtens. *Bacca* globoſa, 1locularis, 2ſperma, ſtilo coronata.

††††† *corolla tetrapetala.*

STERBECKIA. *Cal.* 3-5phyllus. *Cor.* 3-5petala. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

641. RHEEDIA. *Cal.* 0. *Bacca* 3ſperma.

659. GRIAS. *Cal.* 4fidus. *Drupa* 1ſperma: *Nucleus* 8-ſulcatus.

TOVOMITA. *Cal.* 2phyllus. *Germen* 4ſulcatum. *Stigm.* 4ſubrotunda.

656. MAMMEA. *Cal.* 2phyllus. *Bacca* 1locularis: *Semina* celloſa.

648. PAPAVER. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 1locularis, coronata.

647. CHELIDONIUM. *Cal.* 2phyllus. *Siliqua.*

643. CAPPARIS. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* pedicellata, corticoſa.

644. ACTÆA. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* 1locularis: *Semina* gemino ordine.

650. CAMBOGIA. *Cal.* 4phyllus. *Pomum* 8angulare, 1loculare: *Semina* ſolitaria vel 2.

GREGGIA. *Cal.* 4partitus. *Cor.* 4petala. *Bacca* 1locularis, 1ſperma.

658. CALOPHYLLUM. *Cal.* 4phyllus. *Drupa* globoſa: *Nucleus* ſubglobofus.

1400. SPARRMANNIA. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* angulata, 5locularis, echinata.

1401. VALLEA. *Cal.* 4-5phyllus. *Cor.* 4-5petala. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

STALAGMITIS. *Flores* mere maſculi interſiti. *Cal.* 4-6-phyllus. *Cor.* 4-6petala.
☿. *Stil.* perſiſtens. *Stigm.* lobatum. *Bacca* globoſa.

TIGAREA. *Flores* dioici. *Cal.* 4-5partitus.
♀. *Filam.* plurima, ſterilia. *Capſ.* ſubrotunda, 2valvis, 1locularis, 1ſperma.

** *Cratæcea Marmelos.*

†††††† *corolla pentapetala*

1286. LOOSA. *Capſ.* ſemiinfera, 1locularis, ſemitrivalvis, polyſperma.

670. MENZELIA. *Capſ.* infera, 1locularis, 3valvis, ſubhexaſperma.

666. VATERIA. *Capſ.* 1locularis, 3valvis, 1ſperma.
673. CISTUS. *Capſ.* ſubrotunda. *Cal.* 5phyllus, foliolis 2 minoribus.
675. CORCHORUS. *Capſ.* ſubquinquelocularis. *Cal.* 5phyllus, deciduus, longitudine corollæ.
652. SARRACENIA. *Capſ.* 5locularis. *Stigma* clypeatum. *Cal.* inferior 3phyllus, ſuperior 5phyllus.
660. TILIA. *Capſ.* 5locularis coriacea, 1ſperma. *Cal.* deciduus.
BONNETIA. *Capſ.* 3locularis, polyſperma. *Cal.* 5partitus. *Stigma* 3lobum.
CLEYERA. *Capſ.* 2locularis.
ORYGIA. *Capſ.* 1locularis, 3valvis, polyſperma, ſupera.
MARILA. *Capſ.* 4locularis, polyſperma. *Stigma* ſimplex. *Cal.* 5phyllus.
LEGNOTIS. *Capſ.* 3locularis. *Petala* lacera, receptaculo inſerta. *Cal.* 5fidus.
MYRODENDRUM. *Peric.* 5loculare: *Sem.* ſolitaria. *Cor.* patens, *calice* 5dentato major.
LEMNISCIA. *Pericarp.* 5loculare; *Sem.* ſolitaria. *Petala* linearia, recurva. *Nectar.* cyathiforme. *Cal.* 5dentatus.
ASCIUM. *Bacca?* 1locularis, polyſperma. *Petala* receptaculo inſerta. *Cal.* 5phyllus.
DUGORTIA. *Drupa* nuce 2loculari: loculis 1ſpermis. *Cal.* 5partitus.
663. ELÆOCARPUS. *Drupa* nucleo criſpo. *Petala* lacera.
MALLOCOCCA. *Drupa?* 4locularis, 4cocca: nucleis ovatis. *Cal.* 4phyllus, corolla triplo longior.
FRANKLINA. *Nux* 5locularis: loculis polyſpermis. *Cal.* 5dentatus.
651. MUNTINGIA. *Bacca* 5locularis, umbilicata. *Cal.* 5partitus.
1026. GREWIA. *Bacca* 4locularis. *Petala* baſi ſquama nectarifera. *Cal.* 5phyllus.
EROTEUM. *Bacca* 3locularis, exſucca, polyſperma. *Stil.* 3fidus. *Cal.* 5phyllus.
SORAMIA. *Bacca* 1locularis. *Cal.* 5partitus, coloratus. *Germen* orbiculatum. *Stigma* capitatum.
CHADARA. *Drupa. Cal.* 5phyllus.

* *Delphinium Conſolida, Ajacis, Aconiti.*

††††††† *corolla hexapetala.*

667. LAGERSTROEMIA. *Cal.* 6fidus. *Stamina* 6 exteriora majora. *Cor.* crispa.

649. ARGEMONE. *Cal.* 3phyllus. *Capf.* 1locularis, semivalvis.

664. LECYTHIS. *Cal.* 6phyllus. *Stamina* nectario lingulato connata. *Capf.* circumscissa.

1154. CLUSIA. *Flores* mere masculi hermaphroditis interfiti. *Cal.* 4-6phyllus: foliolis oppositis imbricatis. *Nectarium* ex antheris coalitis germen includens. *Capf.* 5locularis, 5valvis, pulpa farcta.

668. THEA. *Cal.* 5-6partitus. *Petala* 6 vel 9. *Capf.* 3locularis. *Sem.* solitaria:

ADAMBEA. *Cal.* hemisphæricus 5-7partitus. *Cor.* 5-7petala. *Capf.* carnofa, calice tecta, 5-7locularis.

†††††††† *corolla octopetala.*

645. SANGUINARIA. *Cal.* 2phyllus. *Capf.* 2valvis, polyfperma.

MAYNA. *Flores* dioici. *Cal.* 3partitus.

WEBERA. *Cal.* turbinatus, superus 4-5partitus deciduus. *Petala.* 8-9 fimbriata. *Stigma* capitatum, 13ftriatum. *Bacca* turbinata, 8-9locularis polyfperma.

††††††††† *corolla enneapetala.*

646. PODOPHYLLUM. *Cal.* 3phyllus. *Bacca* 1locularis, coronata.

FORSYTHIA. *Cal.* 9phyllus. *Capf.* 1locularis, polyfperma, turbinata, ftigmate coronata.

* *Thea.*

†††††††††† *corolla decapetala.*

654. BIXA. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* duplex. *Capf.* 2valvis, polyfperma.

AUBLETIA. *Cal.* 5partitus. *Capf.* echinata, 10locularis: loculis polyfpermis.

††††††††††† *corolla polypetala.*

653. NYMPHÆA. *Baca* multilocularis, corticofa. *Cal.* magnus.

ONCOBA. *Bacca* 1locularis, polyfperma. *Cal.* 1-phyllus, perfiftens.

1335. CHRYSITRIX. *Flores* in altera planta mere masculi. *Gluma* 2valvis. *Cor.* ex paleis numerosis, setaceis. *Stamina* intra singulas paleas singula.

1075. PLANTANUS. *Flores* monoici. *Amentum.* globosum.
♂. *Cor.* vix manifesta. *Antheræ* filamentum circumnatæ.
♀. *Stigma* recurvum. *Sem.* subrotunda, stilo mucronata, basi papposa.

DIGYNIA.

* *staminibus calici insertis*, caliciflore.

LUCUMA. *Cal.* 4fidus, duplicatus. *Cor.* o. *Drupa* 1-2sperma.

CRATÆGUS. *Cal.* superus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* 2sperma.

** *staminibus receptaculo insertis*, fructifloræ.

1133. CLIFFORTIA. *Flores* dioici. *Cal.* 3phyllus, superus. *Cor.* o.
♀. *Caps.* 2locularis. *Sem.* 1.

1069. POTERIUM. *Flores* monoici. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4-partita.
♀. *Bacca* e tubo corollæ indurato.

1076. LIQUIDAMBAR. *Flores* monoici. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o.
♀. *Caps.* multæ in globum, 2valves, polyspermæ.

1346. FOTHERGILLA. *Cal.* integerrimus. *Cor.* o. *Caps.* 2locularis. *Sem.* bina.

680 CALLIGONUM. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Pericarpium* echinato-uncinatum.

679. CURATELLA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 4petala. *Caps.* 2partita, 2sperma.

678. PÆONIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Caps.* polysperma. *Semina* colorata.

TEMUS. *Cal.* 3fidus. *Cor.* 18petala. *Bacca* 2cocca.

TRICHOCARPUS. *Cal.* persistens, 4-5partitus. *Cor.* o. *Stili* 2fidi. *Caps.* setosa, 1locularis, 4-valvis, polysperma.

LACIS. *Cal.* o. *Cor.* o. *Recept.* spinis 12 cinctum. *Caps.* ovata, 8striata, 1locularis, 2valvis, polysperma.

TRIGYNIA.

* *staminibus calici insertis*, Caliciflorae.

623. SORBUS. *Cal.* superus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* 3sperma.

424. SESUVIUM. *Cal.* inferus, 5fidus. *Cor.* o. *Caps.* 3locularis, circumscissa.

* *Crataegus coccinea, rotundifolia.*

** *staminibus receptaculo insertis*, Fructiflorae.

CURYANDRA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 3petala. *Antherae* 2dymae. *Folliculi* 3ovati, divaricati.

1156. BEGONIA. *Flores* monoici. *Cor.* 4petala: petalis cordatis: oppositis obcordatis. *Cal.* o. ♀. *Stili* 2fidi. *Caps.* infera, 3angularis, inaequalis, 3locularis, polysperma.

HOMALIUM. *Cal.* 6–7partitus. *Cor.* 6–7petala. *Stamina* 21 terna. *Caps.* 1locularis polysperma.

TATTIA. *Cal.* 6fidus. *Cor.* 6petala villosa. *Stigm.* obtusa. *Pericarp.* - - -

MARSCHALLIA. *Cal.* 6-7dentatus. *Glandul.* 7 inter petala. *Stil.* o. *Stigm.* 3-4acuta. *Caps.* lignosa, 1locularis, polysperma.

681. DELPHINIUM. *Cal.* o. *Cor.* 5petala: supremo coronato. *Nectarium* 2fidum, sessile.

682. ACONITUM. *Cal.* o. *Cor.* 5petala: supremo galeato. *Nectaria* 2 pedicellata.

CONAMI. *Flores* dioici. *Cor.* o. *Cal.* 6partitus. *Caps.* 6locularis,

* *Reseda Luteola. Conhorus. Thea viridis.*

TETRAGYNIA.

PERA. *Flores* dioici. *Cor.* 1petala, dependens, semigloboso-concava. ♀. *Capsula* subtrigona, 3locularis, 3valvis: valvis 2fidis. *Sem.* solitaria.

1232. CIMICIFUGA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* nectariis 4 urceolatis. *Caps.* 4. *Semina* squamosa.

ASSA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 4 2valves.

UBIUM. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capſ.* compreſſæ, polyſpermæ.

683. TETRACERA. *Cal.* 6phyllus. *Capſ.* 4 1ſpermæ.

LUDIA. *Cal.* 5-7lobus inferus. *Stilus* apice 3-4fidus. *Stigm.* 3-4 2dyma. *Bacca* ſicca, globoſa, 1locularis, polyſperma.

1314. CARYOCAR. *Cal.* 5partitus. *Cor.* 5petala. *Drupa* nucleis 4.

RHIZOBOLUS. *Cal.* ſemiquinquefidus. *Cor.* 5petala. *Drupæ* 4 reniformes, 1loculares, 1ſpermæ: Nux reniformis; *nuclei* ſolitarii.

* *Wintera aromatica. Membryanthemum geniculiflorum, noctiflorum. Elæocarpus Dicera. Cratægus lucida, Crus Galli.*

PENTAGYNIA.

* *ſtaminibus calici inſertis*, Caliciflora.

627. TETRAGONIA. *Cal.* ſuperus, 4-5phyllus. *Cor.* o. *Drupa* 4alata: *Sem.* 1 4loculare,: *Nuclei* oblongi.

625. MESPILUS. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* 5ſperma.

626. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5fidus. *Cor.* 4petala. *Pomum* 5loculare, polyſpermum.

628. MESEMBRYANTHEMUM. *Cal* ſuperus, 5fidus. *Cor.* multifida. *Capſ.* ramoſa, locularis, polyſperma.

629. AIZOON. *Cal.* inferus, 5fidus. *Cor.* o. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

630. SPIRÆA. *Cal.* inferus, 5fidus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* plures congeſtæ.

* *Cratægus, Crus Galli.*

** *ſtaminibus receptaculo inſertis*, Fructifloræ.

684. AQUILEGIA. *Cal.* o. *Cor.* 5petala. *Nectaria* 5 inferne cornuta.

685. NIGELLA. *Cal.* o. *Cor.* 5petala. *Nectaria* 8 ſuperne 2labiata.

636. REAUMURIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala: *nectariis* 10 adnatis, ciliatis. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

WORMIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Nectar.* annulare germen cingens.

1402. BRATHYS. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Nectarium* 0. *Capſ.* 1locularis, polyſperma.

* *Aconitum Anthora, variegatum. Helicteres carthagenenſis. Orygia decumbens.*

HEXAGYNIA.

687. STRATIOTES. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala. *Bacca* 6locularis intra ſpatham.

HEPTAGYNIA.

FLACOURTIA. *Flores* dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 5partitus. *Stamina* innumera calici immerſa.
♀. *Cal.* polyphyllus. *Germen* ſuperum. *Stili* 7-9. *Bacca* multilocularis.

OCTOGYNIA.

1403. WINTERA. *Cal.* 3lobus. *Petala* 6 vel 12. *Germina* clavata. *Stilus* 0. *Bacca* clavata.

* *Flacourtia. Meſembryanthemum calamiforme.*

ENNEAGYNIA.

* *Flacourtia.*

DECAGYNIA.

BRASENIA. *Cal.* perſiſtens, 6partitus inæqualis. *Cor.* 0. *Germina* & *capſulæ* 5-10 evalves, 1loculares, 2-3ſpermæ.

POLYGINIA.

* *ſtaminibus calici inſertis*, Calicifloræ.

631. ROSA. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Cal.* baccatus, polyſpermus.

632. RUBUS. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Bacca* compofita.

635. TORMENTILLA. *Cal.* 8fidus. *Cor.* 4petala. *Semina* 8 mutica.

637. DRYAS. *Cal.* 5-10fidus. *Cor.* 5-8petala. *Sem.* plurima : arifta lanata.

633. FRAGARIA. *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Sem.* plurima, fupra receptaculum baccatum decidua.

634. POTENTILLA. *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Sem.* plurima, mutica.

636. GEUM. *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Sem.* plurima : arifta geniculata.

638. COMARUM. *Cal.* 10fidus. *Cor.* 5petala. *Semina* plurima fupra receptaculum carnofum perfiftens.

639. CALYCANTHUS. *Cal.* fquamofus, corollinus. *Cor.* o. *Sem.* caudata calice fucculento.

1432. HEDYCARIA. *Flores* dioici. *Cal.* 8-10fidus. *Cor.* o.
♂. *Filamenta* o. *Antheræ* in fundo calicis, 4fulcæ, apice barbatæ.
♀. *Germina* pedicellata. *Nuces* pedicellatæ 1fpermæ.

1222. CYCAS. *Flores* dioici.
♂. *Amentum* ftrobiliforme, fquamis fubtus undique tectis polline.
♀. *Spadix* enfiformis. *Germina* angulo immerfa folitaria. *Stil.* 1. *Drupa* nucleo ligneo.

1227. ZAMIA. *Flores* dioici. *Amentum* ftrobiliforme.
♂. *Squamæ* fubtus tectæ polline.
♀. *Drupa* folitaria in utroque amenti margine.

* *Spiræa Filipendula, Ulmaria, Phytolacca icofandra. Mefembryanthema varia.*

** *ftaminibus receptaculo infertis*, Fructifloræ.

1032. ZOSTERA. *Spadix* linearis : altero latere fructifero. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stam.* alterna. *Sem.* folitaria, alterna.

1030. CALLA. *Spadix* tectus flofculis. *Spatha* plana. *Cal.* o. *Cor.* o. *Baccæ* polyfpermæ.

1028. ARUM. *Spatha* 1phylla, cucullata. *Spadix* fupra nudus, inferne femineus, medio ftamineus.

1027. XYLOPIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Antheræ* subsessiles. *Stil.* o. *Caps.* 4gonæ, 2valves, 1-2loculares, 1-2spermæ.

1238. AMBROSINIA. *Spatha* 1phylla dissepimento divisa. *Stamina* interioris; *pistilla* exterioris lateris.

704. HYDRASTIS. *Cal.* o. *Cor.* 3petala. *Bacca* composita acinis 1spermis.

695. ATRAGENE. *Cal.* o. *Cor.* 4petala major: interius polypetala. *Sem.* plurima, aristata.

696. CLEMATIS. *Cal.* o *Cor.* 4petala. *Sem.* plurima, aristata.

697. THALICTRUM. *Cal.* o. *Cor.* 4-5petala. *Sem.* plurima, submutica, nuda.

701. ISOPYRUM. *Cal.* o. *Cor.* 5petala, decidua. *Nectaria* 5. *Caps.* polyspermæ.

702. HELLEBORUS. *Cal.* o. *Cor.* 5 petala, persistens. *Nectaria* plura. *Caps.* polyspermæ.

703. CALTHA. *Cal.* o. *Cor.* 5petala. *Nectaria* o. *Caps.* plurimæ.

694. ANEMONE. *Cal.* o. *Cor.* 6petala. *Sem.* plurima.

700. TROLLIUS. *Cal.* o. *Cor.* 14petala. *Nectaria* linearia. *Caps.* polyspermæ.

691. MICHELIA. *Cal.* truncatus. *Cor.* 8petala. *Baccæ* 4spermæ, glomeratæ.

1067. SAGITTARIA. *Flores* monoici. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 3petala.

♂. *Filamenta* fere 24.

♀. *Sem.* multa nuda.

CANANGA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Caps.* plures, pedunculatæ, 1loculares, 1spermæ.

1404. UNONA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Baccæ* plures, pedicellatæ 2spermæ.

692. UVARIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Baccæ* polyspermæ, *recept.* longo affixæ.

693. ANNONA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Bacca* polysperma: cortice imbricato.

689. LIRIODENDRUM. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 6petala. *Sem.* plurima, lanceolata, imbricata.

690. MAGNOLIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 9petala. *Caps.* glomeratæ; 2valves. *Sem.* pendula.

HOUTTUYNIA. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* o. *Stamina* pistillis mista.

688.	DILLENIA.	*Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5petala. *Capſ.* plures connatæ : *recept.* carnoſo.
699.	RANUNCULUS.	*Cal.* 5phyllus. *Petala* 5 : ungue nectarifero. *Sem.* plurima.
698.	ADONIS.	*Cal.* 5phyllus. *Cor.* 5-10petala. *Sem.* plurima angulata, corticata.
	HAMADRYAS.	*Cal.* 5-6phyllus. *Petala* 10-12 linearia. *Stil.* 0. *Capſ.* 1ſpermæ.
611.	ILLICIUM.	*Cal.* 6phyllus. *Petala* 27. *Capſ.* 1ſpermæ in orbem.

* *Phytolacca icoſandra. Nigellæ nonnullæ.*

MONOGYNIA.

613. CACTUS. *Cal.* 1phyllus, ſuperus, imbricatus. *Cor.* multiplex. *Antrum* duplicatum 1loculare, pericarpiis oſſeis intus nidulantibus.

* *ſubrotundi*, Echinomelocacti.

mammillaris. 1. C. tectus tuberculis ovatis barbatis. *Pluckn. alm. t.* 29. *f.* 1. 2.

Melocactus. 2. C. quatuordecimangularis. *Cluſ. exot. t.* 32. β) ſpinis longis recurvis albidis.

nobilis. 3. C. quindecimangularis. *Mant. p.* 243. β) angulis in ſpiram contortis.

** *elongati*, Cerei.

† *erecti*, *ſtantes per ſe.*

Pitajaya. 4. C. triangularis.

tetragonus. 5. C. quadrangularis longus: angulis compreſſis.

pentagonus. 6. C. ſubquinquangularis longus articulatus.

hexagonus. 7. C. ſexangularis longus: angulis diſtantibus. *Knorr deli hort.* 1. *t.* F. 7.

heptagonus. 8. C. oblongus ſeptemangularis.

peruvianus. 9. C. longus ſuboctangularis: angulis obtuſis. *Lob. ic.* 2. *p.* 25.

repandus. 10. C. longus octangularis: angulis compreſſis undatis, ſpinis lana longioribus. *Trew. Ehret. t.* 14. β) Cactus americanus. *Bradl. ſucc. t.* 12.

lanuginoſus. 11. C. longus ſubnovemangularis, angulis obſoletis, ſpinis lana brevioribus. *Herm. parad. Lugdb. t.* 115.

Royeni. 12. C. novemangularis articulatus: articulis ſubovatis, ſpinis lanam æquantibus.

coquimbanus. 13. C. longus decemangularis: angulis obtuſis, ſpinis longiſſimis rectis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 146.

†† re-

†† *repentes : radiculis lateralibus.*

parasiticus. 14. C. teres striatus muticus. *Plum. ic.* 197. *f.* 2.

pendulus. 15. C. pendulus : ramis verticillatis teretibus glabris muticis. *Mill. illustr. ic. Cassytha polysperma.*

triangularis. 16. C. triangularis. *Jacq. act. helv.* 5. *t.* 2.

grandiflorus. 17. C. subquinquangularis. *Trew. Ehret. t.* 31. 32.

flagelliformis. 18. C. decemangularis. *Trew. Ehret. t.* 30.

*** *compressi : articulis proliferis :* Opuntiæ.

moniliformis. 19. C. articulis globosis spinosis glomeratis. *Plum. ic.* 198.

Opuntia. 20. C. laxus : articulis ovatis, spinis setaceis. *Knorr del. hort.* 1. *t. F.* a.

Ficus indica. 21. C. articulis ovato-oblongis, spinis setaceis.

Tuna. 22. C. articulis ovato-oblongis, spinis subulatis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* O.

cochenillifer. 23. C. articulis ovato-oblongis subinermibus. *Knorr del. hort.* 2. *t.* O. 1.

curassavicus. 24. C. articulis cylindrico-ventricosis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* O. 2.

Phyllanthus. 25. C. ensiformi-compressus serrato-repandus. *Dill. h. Elth. t.* 64. *f.* 74.

spinosissimus. 26. C. caule erecto compresso : ramis oppositis bifariis compressis ; spinis setaceis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 155.

alatus. 27. C. ensiformi-compressus crenatus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 77.

**** *caule arboreo tereti.*

Pereskia. 28. C. aculeis geminis recurvis, foliis lanceolato-ovatis. *Dill. h. Elth. t.* 227. *f.* 294.

portulacifolius. 29. C. caule spinoso, foliis cuneiformibus retusis. *Plum. ic.* 197. *f.* 2.

614. PHILADELPHUS. *Cal.* ſuperus, 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Capſ.* polyſperma, 4-5locularis, ſemiinfera. *Semina* arillata.

coronarius. 1. Ph. foliis ſubdentatis. *Du Hamel. arbr.* 2. *t.* 83. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 2.

inodorus. 2. Ph. foliis integerrimis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 84.

aromaticus. 3. Ph. foliis lineari-lanceolatis enerviis integerrimis, floribus omnibus quinquefidis: calice colorato deciduo. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 156.

laniger. 4. Ph. foliis oblongis acutis integerrimis pubeſcentibus, calicibus lanatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 156.

floribundus. 5. Ph. *Mag. für die Botan.* 7. *t.* 2.

615. PSIDIUM. *Cal.* 5fidus, ſuperus. *Petala* 5. *Bacca* 1 uni-vel multilocularis, polyſperma, infera.

* *pedunculis unifloris.*

pyriferum. 1. Pſ. foliis lineatis obtuſiuſculis. *Trew. Ehret. t.* 43.

decaſpermum. 2. Pſ. foliis ovatis acuminatis planis, pedunculis bracteatis bacca uniloculari. *Suppl. p.* 252. *Forſt. char. gen. t.* 37. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 2. *t.* 27. *f.* 5.

grandiflorum. 3. Pſ. foliis ovatis acuminatis, bacca quadriloculari. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 483. *t.* 190.

aromaticum. 4. Pſ. foliis ovato-oblongis acuminatis, bacca quadriloculari. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 485. *t.* 191.

Cujavillus. 8. Pſ. foliis lineatis ovato-lanceolatis, pedunculis ſubbifloris. *Rumpf amb.* 1. *t.* 49.

** *pedunculis trifloris.*

pomiferum. 5. Pſ. foliis lineatis acuminatis. *Jacq. obſ. bot.* 2. *t.* 31.

guineenſe. 6. Pſ. foliis ovatis integris ſubtus tomentoſis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 77.

*** *pedunculis multifloris.*

montanum. 7. Ps. foliis oblongis acuminatis crenulatis nitidis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 77.

PIRIGARA. *Cal.* turbinatus, 4partitus, superus. *Petala* 4-6. *Stigm.* 4gonum, sessile. *Bacca* obtusa 4gona, 4locularis: loculis 6-7spermis.

tetrapetala. 1. P. foliis ovato-oblongis acuminatis dentatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 487. *t.* 192.

hexapetala. 2. P. foliis obovatis acutis serrulatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 490. *t.* 193.

616. EUGENIA. *Cal.* 4partitus, superus. *Petala* 4. *Drupa* 1sperma, 4angularis.

** *foliis integerrimis.*

malaccensis. 1. E. pedunculis ramosis lateralibus. *Rumpf amb.* 1. *t.* 37. 38.

Jambos. 2. E. pedunculis ramosis terminalibus. *Rumpf amb.* 1. *t.* 39.

carthagenensis. 18. E. pedunculis ramosis axillaribus. *Jacq. stirp. amer. t.* 173. *f.* 53.

aquea. 19. E. pedunculis quadrifloris, drupa quinqueloculari. *Rumpf amb.* 1. *t.* 38. *f.* 2.

Pseudopsidium. 3. E. pedunculis unifloris pluribus lateralibus terminalibusque. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 140.

periplocæfolia. 4. E. pedunculis paniculatis axillaribus terminalibusque, foliis acuminato-lanceolatis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 108. *t.* 4.

paniculata. 5. E. pedunculis paniculatis axillaribus terminalibusque, foliis ovatis obtusis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 108. *t.* 5. *f.* 1.

montana. 6. E. racemis terminalibus: floribus sessilibus, foliis ovatis acutis glabris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 495. *t.* 195. *β*) Eugenia Cumete. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 497. *t.* 196.

Mini. 7. E. racemis terminalibus axillaribusque: floribus pedunculatis, foliis lanceolatis glabris pellucido-punctatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 498. *t.* 197.

latifolia. 8. E. pedunculis unifloris axillaribus, foliis ovatis acutis rigidis pellucido-punctatis. *Aubl. pl. guj* 1. *p.* 502. *t.* 199.

guianensis. 9. E. pedunculis subtrifloris axillaribus, foliis ovatis acutis pellucido-punctatis subsessilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 506. *t.* 201.

tomentosa. 10. E. floribus racemosis, foliis ovatis tomentosis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 504. *t.* 200.

sinemariensis. 11. E. floribus congestis sessilibus, foliis ovatis acuminatis glabris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 501. *t.* 198.

cotinifolia. 12. E. foliis ovatis obtusis, pedunculis unifloris. *Mant. p.* 243. *Jacq. obs. bot.* 3. *t.* 53.

uniflora. 13. E. foliis cordato-lanceolatis, pedunculis unifloris lateralibus. *Till. h. pis. t.* 44.

undulata. 14. E. floribus axillaribus subsessilibus, foliis ovato-oblongis acuminatis glabris, pellucido-punctatis undulatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 508. *t.* 202. *β*) Eugenia Ariboa. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 510.

baruensis. 15. E. pedunculis lateralibus unifloris racemosisque. *Jacq. coll.* 3. *p.* 183. *utrum hujus, an sequentis tribus?*

*** foliis crenatis.*

acutangula. 16. E. pedunculis terminalibus, pomis oblongis acutangulis. *Rumpf amb.* 3. *t.* 115.

racemosa. 17. E. racemis longissimis, pomis ovatis quadrangularis. *Rumpf amb.* 3. *t.* 116.

CATINGA. *Cal.* minimus, 4dentatus, superus. *Cor.* -- *Drupa* rotunda 1 locularis: cortice carnoso intus fibroso.

moschata. 1. C. drupa globosa. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 511. *t.* 203. *f.* 1.

aromatica. 2. C. drupa pyriformi. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 512. *t.* 203. *f.* 2.

METROSIDEROS. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Caps.* calicis ventre corticata. *Sem.* immatura numerosissima, lineari-paleacea, matura paucissima rotundata, aut angulata.

** capsula 3-4loculari.*

gummifera. 1. M. calice fructifero globoso suberoso edentulo. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 1.

coftata. 2. M. calice fructifero ovato-globofo coftato breviffime quinquedentato. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 2.

falicifolia. 3. M. calice fructifero fubglobofo truncato edentulo. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 3.

viminalis. 4. M. calice fructifero fubhemifphærico craffo edentulo. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 4.

armillaris. 5. M. calice fructifero fubglobofo craffo edentulo. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 5.

nodofa. 6. M. calicibus aggregatis fphæricis edentulis glaberrimis. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 6.

fulgens. 7. M. calice fructifero ovato-oblongo obfolete coftato fubedentulo. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 7.

excelfa. 8. M. calice fructifero tomentofo quinquedentato. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 8.

fpectabilis. 9. M. calice fructifero tomentofo obfolete pentagono obtufe quinquedentato. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 9.

fcandens. 10. M. calice fructifero hemifphærico quinquedentato. *Gaertn. de fruct. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 10.

albiflora. 11. M. calice fructifero cum tota capfula connato fubtus ventricofo furfum anguftato: dentibus quinque patulis. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 34. *f.* 11.

myrtifolia. 12. M. calice fructifero arcte capfulæ adhærente infundibuliformi, quinquedentato. *Gaertn. de fr. & fem.* 3. *t.* 34. *f.* 12.

** *capfula quinqueloculari*, Leptofperma.

arachnoidea. 13. M. capfulis globofis: calice tenuiffimo lanato, quinquedentato. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 3.

umbellata. 14. M. capfulis umbellatis fubglobofis ad verticem pyramidis auctis. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 3.

fquarrofa. 15. M. capfulis fubglobofis: calice edentulo; margine inæquali repando. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 3.

FABRICIA. *Cal.* adnatus, hemifphæricus, 5partitus. *Petala* 5 rotundata, concava, feffilia. *Stigm.* globofum. *Capf.* multilocularis. *Sem.* pauca, alata.

myrtifolia. 1. FABRICIA. *Gaertn. de fr. & fem. cent.* 3. *t.* 35. *f.* 4.

EUCALYPTUS. *Cal.* operculum ſuperum, integerrimum, truncatum. *Cor.* calyptra obverſe hemiſphærica ante antheſin diſcedens. *Capſ.* ſubquadrilocularis, apice dehiſcens, polyſperma.

obliqua. 1. EUCALYPTUS. *Herit. ſert. angl. p.* 18. *t.* 20.

617. MYRTUS. *Cal.* 4–5fidus, ſuperus. *Petala* 0, 3–5. *Bacca* 1–3ſperma, 1–3locularis.

* *corolla pentapetala.*

communis. 1. M. floribus ſolitariis, involucro diphyllo. *Blackw. herb. t.* 114. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 3. *t.* 38. *f.* 2.

Braſiliana. 2. M. floribus ſolitariis, pedunculis nudis, petalis ſubciliatis. *Comm. h. amſt.* 1. *t.* 89.

Luma. 3. M. floribus ſolitariis, foliis ſuborbiculatis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 148.

Ugni. 4. M. floribus ſolitariis, ramis oppoſitis, foliis ovalibus ſubſeſſilibus. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 136.

alpina. 5. M. pedunculis ſolitariis terminalibus unifloris breviſſimis, foliis ovatis, ramulis quaternis faſtigiatis, caule arboreo. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 77.

tomentoſa. 39. M. pedunculis unifloris, foliis triplinerviis ſubtus tomentoſis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 159. *Pluckn. amalth. t.* 372. *f.* 1.

procera. 6. M. pedunculis unifloris axillaribus confertis, foliis ovatis acuminatis planis glabris, ramis virgatis, caule arboreo. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 77.

liguſtrina. 7. M. pedunculis ſolitariis ramoſiſque terminalibus unifloris, foliis lanceolatis obtuſis convexis lucidis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 78.

biflora. 8. M. pedunculis bifloris, foliis lanceolatis. *Brown. jam. t.* 25. *f.* 3.

crenulata. 9. M. pedunculis ſolitariis axillaribus ſubtrifloris, foliis ſubrotundis crenulatis glabris. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p.* 78.

lucida. 10 M. pedunculis ſubtrifloris, foliis ſubſeſſilibus lanceolatis attenuatis.

angusti-folia. 11. M. pedunculis umbellatis, foliis lineari-lanceolatis subsessilibus. *Mant. p.* 74. *Burm. afr. t.* 83. *f.* 2.

lævis. 12. M. pedunculis umbellatis, foliis ovatis acuminatis. *Thunb. flor. jap. p.* 198.

cumini. 13. M. pedunculis multifloris, foliis lanceolato-ovatis. *Rumpf amb.* 1. *t.* 41.

maxima. 14. M. pedunculis multifloris, foliis alternis subovalibus. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 149.

lineata. 15. M. floribus axillaribus subsessilibus, foliis ovatis acuminatis rigidis lineatis subtus incanis. *Swarts nov. pl. gen. & sp p.* 78.

cordata. 16. M. floribus axillaribus lateralibusque subsessilibus, foliis sessilibus cordatis ovatis nitidis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 78.

laurina. 17. M. pedunculis racemosis bracteolatis, foliis ovato-lanceolatis serrulatis glabris. *Burm. zeyl. p.* 139. *t.* 62.

buxifo-lia. 18. M. racemulis brevissimis confertis axillaribus, foliis cuneatis oblongis obtusis convexiusculis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 78.

glabrata. 19. M. racemulis brevissimis axillaribus multifloris, foliis ellipticis acuminatis convexis coriaceis glaberrimis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 78.

disticha. 20. M. pedunculis axillaribus multifloris folio brevioribus, foliis distichis deflexis ovato-lanceolatis; ramis patentibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 78.

montico-la. 21. M. pedunculis multifloris brevissimis axillaribus solitariis, foliis ovatis obtusatis planis glaberrimis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 78.

axillaris. 22. M. pedunculis multifloris brevissimis axillaribus confertis, foliis ovatis acuminatis nitidis planis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 78.

Gregii. 23. M. pedunculis multifloris axillaribus, foliis ovato-ellipticis acutis integerrimis subtus pubescentibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 78.

dioica. 24. M. pedunculis trichotomo-paniculatis, foliis oblongis, floribus dioicis.

virgulto-ta. 25. M. pedunculis axillaribus terminalibusque paniculatis: pedicellis remotis decussatis unifloris, foliis lato-lanceolatis attenuatis, ramis virgatis, caule arboreo. *Plum. ic.* 208. *f.* 1.

splendens. 26. M. pedunculis axillaribus solitariis trichotomis, foliis ellipticis acuminatis planis venosis scariosis nitidis, ramis virgatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 79.*

zeylanica. 27. M. pedunculis multifloris, foliis ovatis subpetiolatis. *Herm. h. Lugdb. t. 435. Gaertn. de fr. & sem. cent. 3. t. 33. f. 1.*

androsæmoides. 28. M. pedunculis trifido-multifloris, foliis subovalibus sessilibus.

caryophyllata. 29. M. pedunculis trifido-multifloris, foliis obovatis. *Jacq. obs. bot. 2. t. 25.*

acris. 30. M. pedunculis axillaribus terminalibusque corymbosis trichotomis folio longioribus, foliis ellipticis convexis, coriaceis venosis punctatis, caule arboreo. *Pluckn. alm. t. 155. f. 3. β) Plum. ic. 208. f. 2.*

fragrans. 31. M. pedunculis axillaribus trichotomis simplicibusque, foliis ovatis convexiusculis subcoriaceis punctatis glabris, caule arboreo. *Aubl. pl. guj. p. 495. t. 195. Eugenia montana.*

Pimenta. 32. M. foliis alternis oblongo-ovatis. *Blackw. herb. t. 355. Gaertn. de fr. & sem. cent. 3. t. 38. f. 2.*

triflora. 39. M. foliis alternis, pedunculis trifloris. *Jacq. stirp. amer. t. 183. f. 59.*

** *corolla nulla, calice operculato*, Calyptranthæ.

rigida. 33. M. arborescens, pedunculis solitariis axillaribus subtrifloris, foliis ovatis acutis convexis aveniis rigidis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 80.*

Chytraculia. 34. M. pedunculis dichotomis paniculatis tomentosis, foliis terminalibus subovatis geminis. *Brown. jam. t. 137. f. 2.*

Zuzygium. 35. M. pedunculis multifloris, ramis dichotomis, foliis geminis subovatis terminalibus. *Brown. jam. t. 7. f. 2.*

Makal. 36. M. bacca ovato-globosa coriacea glabra: semine bilobo. *Gaertn. de fr. & sem. cent. 3. t. 33. f. 1.*

paniculata. 37. M. bacca ovata coriacea tenui: semine bilobo. *Gaertn. de fr. & sem. cent. 3. t. 33. f. 1.*

nitida. 38. M. bacca sphærica longissime pedunculata glabra: semine bilobo. *Gaertn. de fr. & sem. cent. 3. t. 33. f. 1.*

*** *dubiæ tribus.*

cotinifolia. 40. M. foliis alternis ovatis. *Plum. amer. t. 208. f. 1.*

saligna. 41. M. foliis lineari-lanceolatis integerrimis, ſpicis terminalibus, baccis ſeſſilibus. *Rumpf amb.* 2. *t.* 17. *f.* 2.

linearis. 42. M. foliis linearibus, floribus axillaribus geminis pedunculatis. *Plum. amer. t.* 207. *f.* 2.

SCOLOPIA. *Cal.* 3-4partitus, perſiſtens. *Cor.* 3-4petala, calice duplo longior. *Stigma* globum: foveolis 3 impreſſis. *Bacca* ſubrotunda, ſtilo coronata, 1locularis, 6ſperma.

Schreberi 1. SCOLOPIA. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 335.

FŒTIDIA. *Cal.* 4fidus, turbinatus, ſuperus. *Stigm.* 4fidum. *Capſ.* lignoſa, 4angularis, 4locularis; loculis 1-2ſpermis.

borbonica. 1. FŒTIDA. *Juſſieu gen. plant. p.* 325.

GUAPURUM. *Cal.* 4fidus ſuperus. *Petala* 4. *Bacca* ſphærica, 2-4ſperma.

Peruvianum. 1. GUAPURUM. *Juſſieu gen. plant. p.* 324.

618. PUNICA. *Cal.* 5-10fidus, ſuperus. *Petala* 5. *Bacca* infera multilocularis, polyſperma.

Granatum. 1. P. foliis lanceolatis, caule arboreo. *Blackw. herb. t.* 97-145. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 3. *t.* 38. *f.* 1.

nana. 2. P. foliis linearibus, caule fruticoſo.

619. AMYGDALUS. *Cal.* 5fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupa* nuce poris perforata.

Perſica. 1. A. foliorum ſerraturis omnibus acutis, floribus ſeſſilibus ſolitariis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* P. 1.

communis. 2. A. foliis petiolatis ſerratis: ſerraturis infimis glanduloſis, floribus geminis: petalis emarginatis. β) *Knorr del. hort.* 1. *t.* M. 1. γ) *Blackw. herb. t.* 105.

dulcis. 3. A. foliis petiolatis crenatis, floribus geminis: corollis calice vix majoribus.

pumila. 4. A. foliis venoso-rugosis. *Mant. p.* 74. 514. *Herm. par. Lugdb. t.* 489.

nana. 5. A. foliis basi attenuatis. *Mant. p.* 396. *Jungh. plant. ic. cent.* 1. *n.* 14. *Pallas fl. ross. t.* 6.

incana. 6. A. foliis lanceolatis serratis subsessilibus rugosis: subtus albo-tomentosis. *Pallas flor. ross. t.* 7.

orientalis. 7. A. foliis lanceolatis integerrimis argenteis perennantibus: petiolo brevi. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 162.

620. PRUNUS. *Cal.* 5fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupæ* 1locularis superne clausæ nux suturis prominulis.

Padus. 1. Pr. floribus racemosis, foliis deciduis basi subtus biglandulosis. *Flor. dan. t.* 205. β) caucasica. *Pallas flor. ross. p.* 17.

rubra. 29. Pr. floribus racemosis: racemis erectis, foliis deciduis lævibus basi biglandulosis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 162.

virginiana. 2. Pr. floribus racemosis, foliis deciduis crenatis basi anterius glandulosis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 94.

nana. 3. Pr. floribus racemosis, foliis deciduis argute serratis basi anterius glandulosis. *Du Roi harbk. Baumz.* 2. *p.* 194. *t.* 4.

canadensis. 4. Pr. floribus racemosis, foliis deciduis eglandulosis lato-lanceolatis rugosis utrinque pubescentibus. *Pluckn. alm. t.* 58. *f.* 4.

occidentalis. 5. Pr. floribus racemosis: racemis lateralibus, foliis perennantibus eglandulosis oblongis acuminatis integris utrinque glabris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 80.

sphærocarpa. 6. Pr. floribus racemosis: racemis axillaribus, foliis sempervirentibus eglandulosis integris nitidis, drupis subrotundis. *Sloan. hist. jam.* 2. *p.* 79. *t.* 193. *f.* 1.

lusitanica. 7. Pr. floribus racemosis, foliis sempervirentibus eglandulosis ovatis, drupis oblongis. *Mill. ic.* 196. *f.* 1.

Laurocerasus. 8. Pr. floribus racemosis, foliis sempervirentibus dorso biglandulosis. *Blackw. herb. t.* 512.

carolina. 9. Pr. floribus racemosis, foliis lanceolatis acute denticulatis sempervirentibus. *Du Roi harbk. Baumz.* 2. *p.* 198.

elliptica. 10. Pr. floribus racemosis, foliis ellipticis serratis glabris. *Thunb. flor. jap. p.* 199.

paniculata. 11. Pr. floribus paniculatis patulis, foliis ovatis. *Thunb. flor. jap. p.* 200.

Mahaleb. 12. Pr. floribus corymbosis terminalibus, foliis ovatis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 227.

latifolia. 13. Pr. umbellis sessilibus, foliis obovato-oblongis serratis: petiolis nudis. *Moench Weissenst. p.* 85.

avium. 14. Pr. umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis subtus pubescentibus conduplicatis. *Mant. p.* 397. *Blackw. herb. t.* 425.

pensilvanica. 15. Pr. umbellis subsessilibus aggregatis multifloris, foliis ovato-lanceolatis, ramulis pallide punctatis. *Suppl. p.* 252.

nigra. 30. Pr. umbellis sessilibus solitariis paucifloris, foliis ovatis acuminatis. *Ait. hort. Kew.* 2. *p.* 165.

Cerasus. 16. Pr. umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. *Blackw. herb. t.* 449. *β) Du Hamel arbr. fr.* 1. *t.* 7. *γ) Du Hamel arbr. fr.* 1. *t.* 5.

pumila. 17. Pr. floribus subumbellatis, foliis angusto-lanceolatis subtus glaucis. *Mant. p.* 75. *Mill. ic.* 89. *f.* 2.

Chamaecerasus. 18. Pr. floribus subumbellatis, foliis lanceolatis serrulatis utrinque glaberrimis petiolatis. *Pallas flor. ross. t.* 8. b.

Armeniaca. 19. Pr. floribus sessilibus, foliis subcordatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* A. 2.

sibirica. 20. Pr. floribus sessilibus, foliis ovato-oblongis, fructibus exsuccis. *Pallas flor. ross. t.* 8.

insititia. 21. Pr. pedunculis geminis, foliis ovatis subvillosis convolutis, ramis spinescentibus. *Blackw. herb. t.* 305.

domestica. 22. Pr. pedunculis subsolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. *Blackw. herb. t.* 309. *β) Knorr del. hort.* 1. *t.* P. 2. *γ) du Hamel. arbr. fr.* 2. *t.* 20. *f.* 14. *δ) du Hamel. arbr. fr.* 2. *t.* 20. *f.* 15.

spinosa. 23. Pr. pedunculis solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinosis. *Blackw. herb. t.* 494.

japonica. 24. Pr. pedunculis solitariis, foliis ovatis acuminatis glabris, ramis inermibus. *Thunb. flor. jap. p.* 201.

glandulosa. 25. Pr. pedunculis solitariis, foliis oblongis glanduloso-serratis, ramis inermibus. *Thunb. flor. jap. p.* 202

incisa. 26. Pr. pedunculis solitariis, foliis ovatis inciso-serratis villosis, ramis inermibus. *Thunb. flor. jap. p.* 202.

tomentosa. 27. Pr. pedunculis solitariis, foliis ovatis subtus tomentosis. *Thunb. flor. jap. p.* 203.

aspera. 28. Pr. floribus solitariis terminalibus, foliis ovatis serratis asperis. *Thunb. flor. jap. p.* 201.

671. PLINIA. *Cal.* 4-5partitus. *Petala* 4-5. *Drupa* supera, sulcata.

crocea. 1. Pl. floribus pentapetalis. *Plum. ic.* 225.

pedunculata. 2. Pl. floribus tetrapetalis pedunculatis: staminibus receptaculo insertis. *Mant. p.* 243. *Suppl. p.* 253.

ROBINSONIA. *Cal.* turbinatus, 5dentatus. *Cor.* 5petala. *Stigma* sessile, striatum. *Bacca* depresso-globosa longitudinaliter sulcata, infera, 7locularis: loculis 1-spermis.

guianensis. 1. ROBINSONIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 492. *t.* 194.

CASSIPUREA. *Cal.* turbinatus, 4-5dentatus. *Cor.* 5petala. *Anther.* incumbentes, 2loculares. *Stilus* longus, villosus. *Stigma* obtusum. *Peric.* - - -

guianensis. 1. CASSIPUREA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 528. *t.* 211.

621. CHRYSOBALANUS. *Cal.* 5fidus. *Petala* 5. *Drupæ Nux* 5-sulcata, 5valvis.

Icaco. 1. CHRYSOBALANUS. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 141.

GRANGERIA. *Cal.* 5fidus, inferus. *Petala* 5. *Stamina* 15. *Drupa* subtriquetra: *Nux* ossea, 3quetra, 1sperma.

borbonica. 1. GRANGERIA. *Jussieu gen. plant. p.* 340.

XYLOSMA. *Flores* dioici. *Cal.* 4-5partitus. *Cor.* o.
♂. *Stamina* calice duplo longiora, nectario annulato cincta.
♀. *Stilus* minimus. *Stigma* obsolete 3fidum. *Bacca ?* sicca, subbilocularis: loculis 2spermis.

suaveolens. 1. X. foliis ovatis serratis. *Forst. fl. austr. p.* 72. *charact. gen. t.* 63. *f.* k.

orbiculatum. 2. X. foliis subrotundis integerrimis. *Forst. fl. austr. p.* 72. *char. gen. t.* 63. *f.* a-i.

POSSIRA. *Cal.* 4partitus. *Petalum* 1 laterale. *Legumen* 1loculare, 2valve.

simplex. 1. P. foliis simplicibus oblongis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 82.

triphylla. 2. P. foliis ternatis: petiolis marginatis. *Aubl. pl. guj. p.* 931. *t.* 355.

CUBLANDIA. *Cal.* tubulosus, 4dentatus. *Cor.* 1-petala, 4fida: tubo oblongo. *Filamenta* basi coadunata. *Legumen* nodosum: nodulis 1-spermis.

frutescens. 1. CUBLANDIA. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 937. *t.* 356.

640. MARCGRAVIA. *Cor.* 1petala, calyptriformis. *Cal.* 6phyllus, imbricatus. *Bacca* multilocularis, polysperma.

umbellata. 1. MARCGRAVIA. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 143.

1397. TERNSTROEMIA. *Cor.* 1petala, 5-6partita urceolata. *Cal.* 5partitus. *Bacca* exsucca, 2locularis, evalvis, polysperma.

elliptica. 1. T. foliis ellipticis acutis integris, pedunculis lateralibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 81.*

meridionalis. 2. T. foliis obovatis integris, pedunculis terminalibus. *Suppl. p. 264. Mutis amer. 1. t. 9.*

punctata. 3. T. foliis oblongis integris subemarginatis margine punctatis, pedunculis axillaribus. *Aubl. pl. guj. p. 571. t. 228.* Taonobo punctata.

dentata. 4. T. foliis oblongis acuminatis dentato-serratis, pedunculis axillaribus lateralibus. *Aubl. pl. guj. p. 569. t. 227.* Taonobo dentata.

1398. ALSTONIA. *Cor.* 1petala, 8-10fida: laciniis alternatis.

theæformis. 1. ALSTONIA. *Suppl. p. 264.*

THOTTEA. *Cal.* 0. *Cor.* 1petala, supera, margine triloba. *Receptac.* truncatum, radiatum. *Stigma* in centro radiorum. *Stil.* 0. *Siliq.* 4angularis.

grandiflora. 1. THOTTEA. *Fr. Rottböll. n. act. dan. 2. p. 530. t. 2.*

CIPONIMA. *Cal.* turbinatus, 5dentatus. *Cor.* 1petala, tubulosa; 5partita. *Filamenta* basi conjuncta in 2 ordines digesta. *Stigma* capitatum. *Bacca* ovata 1locularis: *officulo* 4locularis; *loculis* 1spermis.

guianensis. 1. CIPONIMA. *Aubl. pl. guj. 1. p. 566. t. 226.*

PARALEA. *Cal.* 4dentatus. *Cor.* 1petala, carnosa, 4partita: tubo 4gono. *Peric.* --

guianensis. 1. PARALEA. *Aubl. pl. guj. 1. p. 576. t. 231.*

MADHUCA. *Cal.* ſemiquadrif. ſuperne imbricatus. *Cor.* tubo inflato, ſquamis 9 imbricatis intus aucta. *Antheræ* ſeſſiles. *Drupa* 2-3locularis: loculis 1ſpermis.

indica. 1. MADHUCA. *Hamilton act. ſoc. benghal.* 1. *p.* 300. *c. ic.*

NECTANDRA. *Cor.* infundibuliformis, 6partita, intus tomentoſa. *Cal.* 0. *Nectarium* ſquamæ 9 obovatæ. *Filamenta* 36 in 9 quadrigas per ſquamas nectarii diſtributa. *Drupa* turbinata, truncata, calici affixa.

ſanguinea. 1. N. caule diffuſo, foliis alternis lanceolatis, antheris quaternis collateralibus. *Fr. Rottb. act. litter. univ. Havn.* 1778. *p.* 279.

bijuga. 2. N. foliis ovato-lanceolatis acuminatis, racemis filiformibus, floribus polygamis: antheris bijugis. *Fr. Rottb. act. litt. un. Havn.* 1778. *p.* 281.

MITRARIA. *Cal.* inferus, 1phyllus, 2partitus. *Petala* 2-3 concava, ſuperne rotundata. *Nux* 1locularis, 2ſperma, calice tecta, ſubtetragona.

Commerſonia. 1. MITRARIA. *Sonner. it. nov. Guin. p.* 14. *t.* 8. 9.

MENICHEA. *Cal.* 3partitus, in fructum abiens. *Petala* 4 concava, ſuperius rotundata. *Drupa* ſulcata, ſubovata, 1locularis, 1ſperma.

roſata. 1. MENICHEA. *Sonner. it. nov. guin. p.* 133. *t.* 92. 93.

1158. MIMOSA. *Flores* mere masculi reliquis interiti. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5fida aut. 0: *Stamina* 4–100. *Legumen.*

* *foliis simplicibus.*

simplicifolia. 1. M. inermis arborea, foliis ovatis integerrimis nervosis obtusis. spicis globosis pedunculatis. *Suppl. p.* 436. *Rumpf amb.* 3. *t.* 81.

verticillata. 2. M. inermis, foliis verticillatis linearibus pungentibus. *Herit. sert. angl. p.* 30. *t.* 41.

** *foliis bigeminis.*

bigemina. 3. M. inermis, foliis acuminatis. *Flores monadelphi.*

Unguis Cati. 4. M. spinosa, foliis obtusis. *Plum. ic. t.* 4. *Flores monadelphi.*

*** *foliis tergeminis.*

tergemina. 5. M. inermis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 262. *f.* 69. *Flores monadelphi.*

**** *foliis conjugatis pinnatisque.*

† *inermes.*

latifolia. 6. M. pinnis terminalibus oppositis: lateralibus alternis. *Plum. ic.* 9.

purpurea. 7. M. pinnis intimis minoribus. *Plum. ic.* 10. *f.* 1.

viva. 8. M. foliis partialibus quadrijugis subrotundis, caule herbaceo. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 182. *f.* 7.

†† *spinosæ.*

reticulata. 9. M. spinis stipularibus, foliolis sexjugis: petiolis glandula aculeoque terminatis. *Pluckn. alm. t.* 123. *f.* 2.

††† *aculeatæ.*

circinalis. 10. M. pinnis æqualibus, stipulis spinosis. *Catesb. Car.* 2. *t.* 97.

cineraria. 11. M. pinnis æqualibus, aculeis incurvis. *Pluckn. alm. t.* 2. *f.* 1.

casta. 12. M. foliis partialibus trijugis subæqualibus. *Commel. h. amst.* 1. *t.* 28. *Flores decandri.*

13. M.

Senfitiva. 13. M. foliis partialibus bijugis: intimis minimis. *Trew. Ehret. t. 95. Flores pentandri apetali.*

pudica. 14. M. foliis fubdigitatis, caule hifpido. *Commel. h. amft. 1. t. 29. Flores tetrandri apetali.*

***** *foliis fimpliciter pinnatis.*

† *fpinofa.*

ftellata. 15. M. fpinis ftellatis ternis: duabus apice recurvis, foliis geminis novemjugis. *Forsk. fl. æg. arab. p. 177.*

†† *inermes.*

Inaa. 16. M. foliis quinquejugis: petiolo marginato articulato. *Merian. furin. t. 51.*

alba. 17. M. foliis trijugis: pinnis æqualibus ovatis acuminatis; petiolis fubmarginatis. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p. 85.*

laurina. 18. M. foliis bijugis: pinnis ovatis nitidis fubæqualibus; petiolis linearibus angulofis, fpicis axillaribus folitariis. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p. 85.*

fagifolia. 19. M. foliis bijugis: petiolo marginato. *Jacq. ftirp. amer. pict. t. 247.*

nodofa. 20. M. foliis bijugis: pinnis interioribus minoribus; petiolo lineari. *Pluckn. alm. t. 211. f. 5.*

natans. 21. M. procumbens, foliis bijugis, capitulis fubrotundis, floribus decandris, radicalibus fterilibus minoribus. *Suppl. p. 439.*

Burgoni. 22. M. foliis bijugis: petiolis biglandulofis non marginatis, legumine exfucco. *Aubl. pl. guj. 2. p. 941. t. 358.*

***** *foliis bipinnatis.*

† *inermes.*

fcandens. 23. M. foliis conjugatis cirrho terminatis: foliolis bijugis. *Pluckn. phyt. 211. f. 6. Flores decandri pentapetali.*

Entada. 24. M. foliis cirrho terminatis: partialibus quinquejugis. *Jacq. ftirp. amer. t. 183.*

plena. 25. M. fpicis pentandris: inferioribus planis. *Mill. ic. 190. f. 2.*

virgata. 26. M. erecta angulata, fpicis mafculis: inferioribus anandris apetalis. *Jacq. h. Vind. 1. t. 80.*

punctata. 27. M. fpicis erectis: floribus decandris; inferioribus caftratis. *Commel. h. amft. 1. t. 34.*

perniambucana. 28. M. decumbens, spicis cernuis pentandris: inferioribus castratis. *Pluckn. alm. t. 307. f. 3.*

arborea. 29. M. pinnis dimidiatis acutis, caule arboreo. *Pluckn. alm. t. 251. f. 2. Flores monadelphi.*

grandiflora. 30. M. foliis abrupte bipinnatis multijugis: pinnis multijugis; foliolis distinctissimis, racemo composito terminali. *Herit. sert. angl. p. 30. t. 42.*

comosa. 31. M. foliis trijugis: pinnis subdecemjugis ovalibus basi retusis, floribus paniculatis monadelphis, caule arboreo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 85.*

Lebbek. 32. M. foliis quadrijugis: pinnis ovali-oblongis, floribus monadelphis fasciculatis, caule arboreo. *Pluckn. mant. 331. f. 1.*

odoratissima. 33. M. foliis quadrijugis multijugis: foliolis oblongis obtusis, paniculis virgatis: spiculis globosis. *Suppl. p. 437.*

speciosa. 34. M. foliis subquadrijugis: pinnis subnovemjugis oblongis glabris, glandula supra costæ basin. *Jacq. coll. 1. p. 47. pl. rar. ic. cent. 1. t. 75.*

vaga. 35. M. pinnis exterioribus majoribus incurvatis pubescentibus.

villosa. 36. M. foliis subquinquejugis: pinnis ovatis petiolisque villosis, spicis globosis, caule fruticoso. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 85.*

latisiliqua. 37. M. foliis partialibus quinquejugis, ramulis flexuosis, gemmis globosis. *Pluckn. spec. 17. t. 6.*

polystachya. 38. M. foliis partialibus pinnisque sexjugis oblongis. *Jacq. stirp. amer. pict. t. 262. f. 67. Plum. ic. 12.*

